34-5-H-14 57 2

Tractatus non

MINVS NECESSARIVS
ꝙ vtilis Penſionũ Eccleſiaſticarũ Excel,
I. V. D. Domini Pauli de Roma
nõ antea in lucem æditus, quem
ſi legeris nihil amplius in pẽſio
nũ materia deſiderabis. Di-
ſcutiũtur etiã hoc in opu-
ſculo multa ad permuta
tiões beneficiorũ ſpe
ctantia, quę omnia
vidiſſe lectorẽ
nõ mediocri-
ter iuuabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cum Priuilegio Summi Pontificis,
Venetorumq; Senatus.

Romæ M. D. XXXIX.

PAVLVS PAPA III.

MOTV Proprio,&c. cum ſicut Dilectus filius noſter Michael Tramezinus Bibliopola Venetus nobis exponi fecit ad communẽ omnium,& præcipue iuris ſtudioſorum vtilitatem ſua propria impenſa diuerſa opera in vtroq; iure hactenus nõ impreſſa imprimi facere intendat: dubitetq; ne huiuſmodi Opera poſtmodum ab aliis abſque eius licentia imprimantur,quod in maximum ſuum præiudicium tenderet. Nos propterea eius indemnitati conſulere volentes. Motu ſimili & ex certa ſcientia eidem Michaeli, ne quævis Opera in vtroque iure hactenus non impreſſa, & per ipſum imprimenda per decem annos poſt impreſsionem dictorum operum a quocunque ſine ipſius licẽtia imprimi, aut vendi, ſeu venalia teneri poſsint concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus, vbique tam in Italia, q̃ extra Italiam exiſteñ.prĕſertim Bibliopolis & Librorum impreſſoribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ. In Terris vero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, mediate vel immediate ſubiectis etiam Ducentorum Ducatorum Auri, & inſuper amiſsionis Librorum pœna toties quoties contrauentum fuerit ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrenda, ne intra decennium ab impreſsione dictorum operum reſpectiue computandum dicta opera tam iuris ciuilis, q̃ canonici hactenus non impreſſa,& per ipſum Michaelem imprimenda ſine eiuſdem Michaelis expreſſa licentia, dicto decennio durante, imprimere, vendere, ſeu venalia habere vel proponere audeant. Mandantes Vniuerſis Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumque Vicariis in ſpiritualibus generalibus, & in Statu temporali Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, etiam Legatis & Vicelegatis Sedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, vt quoties, pro ipſius Michaelis parte fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus eidem Michaeli efficacis defenſionis præſidio aſsiſtentes præmiſſa ad omnem dicti Michaelis requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, etiam ſæpius aggrauañ. & per alia iuris remedia aucto-

ritate Apoſtolica exequantur. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis, non obſtañ. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et inſuper, quia difficile admodum eſſet præſentem motum proprium ad quælibet loca deferri. Volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus ipſius tranſumptis vel exemplis, etiam in ipſis operibus impreſsis plenam & eandem prorſus fidem vbiq; tam in iudicio q̄ extra haberi, quæ præſenti originali haberetur, & ꝙ præſentis motus proprii, ſola Signatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, Regula noſtra in contrarium ædita non obſtante.

PLACET. A.

INDEX EORVM OMNIVM, QVAE hoc Volumine continentur, ordine Alphabeti.

A

ABſolui an poſsit quis per procuratorē, & quæ requirantur, numero. 29. fol. 45
Abſolui poteſt quis in caſu neceſsitatis etiam ꝗ non ueniat ad ſedem apoſtolicam, & quæ dicatur talis neceſsitas. numero. 30. fol. 45
Abſolutio an ſit deneganda & quibus caſibus, nume. 30. fol. 17
Abſolutio non debet nemini denegari etiam inuita parte, numero. 28. fol. 17
Abſolutio quare potius ſic dicatur q̄ ſolutio, nume. 15. fol. 41
Apoſtoli laborabant manibus propriis vt manducarent, numero. 8. fol. 48
Argumentum ab ethimologia vocabuli validum eſſe, numero 6. folio. 13
Arma clericorum ſunt lacrimæ. numero. 8. fol. 21

B

Beneficia non diuiduntur, nu. 1. fol. 12
Beneficia quæ habet ordinem annexū qualia ſint, nu. 13. fo. 21
Beneficium dicitur largo modo omnis prouiſio quæ emanet ab eccleſia. numero. 6. fol. 28
Beneficium eccleſiaſticum quotuplex, numero. 1. fol. 19. nu. 12. & numero. 15. fol. 21. nume. 22. fol. 23.
Beneficium proprie ſumptum requirit copulatiuæ inſtitutionē & reſidentiam, numero. 23. fol. 34
Beneficium quare ſic dicatur, nume. 3. fol. 27
Beneficiorūm conferendorum in curia ſtilus, nume. 26. fol. 24

C

Cedentibus iure liti, & cauſæ lite pendente, an liceat aliquid dare, numero. 17. fol. 14
Cenſuræ eccleſiaſticæ neruus, eccleſiaſticæ diſciplinæ dicuntur. numero. 21. fol. 42
Cenſuræ eccleſiaſticæ appellatione quæ veniant. numero. 19 folio. 42
Certum quid dicatur eſſe & ſic de incerto. nume. 5. fol. 2
Clauium altera poteſtatis, altera diſcretionis. nume. 6. fol. 8
Clerici gaudent priuilegio militum, tamen non portant arma. numero. 9. fol. 20

Clericus ſimplex an teneatur dicere officium. nume.7. fol.26
Coactio duplex conditionalis & abſoluta,nu.14. fol.40
Columba eccleſiam denotat. nume.17. fol.21
Conſanguineorum amor in beneficialibus inducit ſimoniam & peius eſt amare inordinatæ affines quam cæteros laycos. numero.17. fol.4
Conſuetudo eſt ſeruanda niſi contrarium de iure ſit deciſum numero.7. fol.11
Contractus nominati qualiter cognoſcantur.nume.18.fol.33

D

Decimas a quibus redimere licet. numero.26. fol.16
Decima non poteſt permutari cũ pecunia nec poteſt laycus dãdo partẽ fundi eximere ſe a proteſtatione decimarũ.numero 22.fol.33.
Diſcretio duplex naturalis & accidentalis.numero.7. fol.8
Diſpenſatio vt fiat quæ requirantur. nume.14. fol.21
Dictio ad inſtar licet inducat ſimilitudinem non tamen per omnia aſsimilat.nume.3. fol.6
Diuites ex ſe ipſis non poſſunt petere beneficia.nu.19. fol.22
Donari non poteſt res ſacra.numero.3. fol.37
Donatio an perficiatur nudo conſenſu donantis,vel requiratur conſenſus vtriuſq;.numero.11. fol.39
Donatio quid ſit.numero.2. fol.37
Donatio quomodo poſsit reuocari, & quibus de cauſis.numero. 9. fol.39
Donationum variæ ſpecies. numero.6. fol.38

E

Eccleſia licet pauperrima debet officiari ab habente eam in titulũ & imputet ſibi qui ad eã fecit ſe ꝑmoueri.nu.8. fol.26
Eccleſiaſticæ res quibus caſibus alienari poſsint. nu.25.fol.16
Epiſcopus an poſsit donare poſſeſsiones beneficiorum clericis ad tempus,&c.& de beneficiis de menſa penſionem conſtituere & quid de abbate. nume.11. fol.9
Epiſcopus an poſsit petere relaxationem epiſcopatus propter ſenectutem,&c.nume.27. fol.44
Epiſcopus dat beneficia non donat.nume.5. fol.38
Eps̃ in ſua dioceſi an poſsit conſtituere penſionẽ.nu.10. fol.9
Epiſcopus non poteſt auferre ſubditis ſuis ius conferẽdi.numero. 8. fol.31
Epiſcopi ſunt cæci circa nepotes.numero.18. fol.4

Excommunicatus an licite det pecuniã pro abſolutione. numero. 18. fol. 14
Emphiteoticus cenſus non minuitur propter damna in re emphit. contingentia. numero. 4. fol. 47

F

Forma abſolutionis perſonalis vel per procuratorem remiſſiue. numero. 31. fol. 45
Fructus beneficiorum quomodo donari poſsint. nu. 4. fol. 38

G

Gratia perempta non reuiuiſcitur. numero. 4. fol. 20

H

Horę canonicę dñt dici a clericis de iure diuino. nu. 5. fol. 25
Hoſpitalitatis fauore poteſt cõſtitui penſio ab inferiore a papa nec talis penſio poteſt minui. nu. 11. fol. 3. & nu. 14. fol. 40
Hypocriſis vitandæ cauſa fuit ſtatutum vt clericis liceret poſſidere proprium. numero. 20. fol. 22

I

Infamia ciuilis non irrogatur per cenſuras eccleſiaſticas. numero. 33. fol. 43
Inquilinus licet ante annum non poſsit exigi a domino tamen debet ante annum offerre ſe paratum ſoluere alias poteſt expelli. numero. 2. fol. 10
Inſtitutio & inueſtitura in quo differant. numero. 27. fol. 35
Interdictũ & ceſſatio a diuinis differũt, & in qbus. nu. 18. fo. 42
Idueſtitura quomodo fiat. numero. 26. fol. 35

L

Layco coniugato an poſsit conferri beneficium. nu. 5. fo. 7
Layci an poſsint poſsidere ius funerandi & decimandi. numero. 10. fol. 13
Laycus coniugatus non poteſt etiam de conſuetudine tenere beneficia ſolita teneri per clericos. numero. 2. fol. 20
Lex papæ ſucceſſori nõ imponitur, ſed indicatur. nu. 4. fol. 8
Liberalitas vt commendetur quæ habere debet. numero. 8 folio. 38.
Literatorum aliquæ prærogatiuæ. numeo. 13. fol. 4

M

Menſa & eius bona quæ dicantur remiſsiue, & quæ dicantur eccleſiæ de menſa. numero. 7. & 8. fol. 3
Manualia beneficia & temporales prioratus quomodo vacent, & quid de beneficiis de menſa. numero. 9. fol. 3

Mareſcalcus vrbis habet iuriſdictionem ordinariam, & habet beneficium & idem de ſoldano. numero. 10. fol. 20
Matrimonium licet nulliter cōtrahens perdit beneficium quod non recuperat licet diſſoluatur. numero. 3. fol. 20
Matrimonium quare appellatur matrimonium & nō patrimonium. numero. 3. fol. 25
Mendicitas reprobatur a canonibus, numero. 7. fol. 38
Merces quando ſoluenda, numero. 4. fol 10
Milites Sancti Ioānis & alcalatraua, & ſimilibus licet ſint layci tenent beneficia, nu. 7. fol. 20
Monaſterio ſecum bonis offerens ſi ibi non proficiatur non amittit beneficia. numero. 5. fol. 20
Mulier tenetur viro ad multa vltra copulam, nume. 4. fol. 25

O

Obligatio antidora qualiter exponitur, numero. 10. fol. 39
Officia Romanæ curiæ dicuntur beneficia licet dentur laycis. numero. 11. fol. 21
Officium qualiter dici debeat, & qui excuſentur propter occupationes. numero. 6. fo. 26
Officium qualiter ſumatur in beneficialibus, ac extra beneficialia in iure. numero. 1. fol. 24

P

Pacta ſimplicia ſub conditione non pariunt actionem. numero. 6. fol. 11
Pactum quibus modis veſtiatur. numero. 5. fol. 10
Papa licet poſſit ſupra ius diſpenſare, non tamen poteſt tollere naturam iuris, numero. 6. fol. 31
Papa non poteſt alienare beneficia, numero. 3. fol. 8
Papa non poteſt retinere beneficia pro ſe & ſuis, nume. 5. fol. 8
Papa poteſt abſoluere excommunicatum abſq; verbis, numero 12. folio. 40.
Papa qualiter debeat affines diligere. numero. 20. fol. 4
Papæ abſoluta poteſtas in beneficialibus. nume. 2. fol. 8
Patroni an teneantur diminuere cenſus eccleſiæ de iurepatronatus &c. ſi fructus ſunt extenuati. numero. 6. fol. 47
Patronus poteſt in prima fundatione penſionem ſtatuere. numero. 12. fol. 9
Paupertas licet non reprobetur mendicitas tamen reprobatur per canones. numero. 16. fol. 22
Pauperum ſunt bona clericorū & eorum bona. nu. 15. fol. 4

Pecuniam

Index.

Pecuniam pro peccato commiſſo dare, peccatum eſt, tam in danteq̃ in accipiente. numero. 27. fo. 16

Pęnitentiarii papæ habent exercitium clauium in curia Romana etiã mortuo papa & dicunt iudices animarũ, nu. 1. fol. 48

Penſio aliquando datur pro officio aliquando pro beneficio. numero. 2. fol. 27

Penſio aliquando datur in titulum, numero. 4. fo. 28

Penſio an extinguatur propter ſterilitatem vel alium fortuitum caſum. numero. 1. fol. 46

Penſio an minuatur ſi reditus eccleſiæ fuerint diminuti. nu. 3. fol. 46. numero. 5. fol. 47

Penſio an poſsit, redimi ſeu extingui. nume. 1. fol. 12

Penſio an poſsit redimi ab eo cui debetur, numero. 34. fo. 18

penſio an poſsit gratis donari vel remitti. numero. 1. fol.

Penſio an vacet ſi etiam penſionarius efficiatur miles vel vxoratus. numero. 4. fol. 7

Penſio a quibus conſtitui poteſt, numero. 5. fol. 18

penſio an ſit officium. nume. 9. fol. 26

penſio an veniat appellatione beneficii in literis beneficialibus numero. 15. fol. 23

penſio beneficiorum ſolui debet de ſemeſtre in ſemeſtrem. numero. 5. folio. 6

penſio conſiſtit in mera pecunia. numero. 16. fol. 33

penſio conſiſtit in mera temporalitate quantumcũq; conferatur in titulũ, & eſt res profana, numero. 19. fol. nu. 20. fo. 33

penſio debet extingui morte penſionarii, numero. 21 fo. 5

penſio de iure permutari non poteſt cum officio ſeu beneficio & an papa poſsit ſuper hoc diſpenſari. numero. 5. fol. 31

penſio eccleſiaſtica, hircus ſacrificii appellatur, nu. 22. fol.

penſio fundatorum poteſt mitigari officio iudicis. nume. 13 folio. 9

penſio illicita, quibus de cauſis dicatur. numero. 3. fol. 6

penſionis imponenda quadruplex cauſa impulſiua, nu. 12. fo. 3

penſio iniuſta & eceſsiua quæ. numero. 4. fol. 2

penſio iuſta eſt quæ non eccedit tertiam partem reddituum. numero. 6. fol. 2

penſio iuſta quomodo conſideratur. numero. 3. fol. 2

penſio licita quæ dicatur, numero. 2, fol. 6

Penſio non poteſt alteri renunciari. nu. 12. fol. 32

Penſio non poteſt permutari cum beneficio etiam papa autho-

rizanti,numero.11. fol.32
Penſio quid ſit.numero.1. fol.1
Penſio quo tempore ſolui debeat.numero.1. fol.10
Penſio tam domorum q̃ beneficiorum quomodo in curia Romana ſoluitur.numero.9. fol.11
Penſio tendens in grauiſsimum damnum eccleſiæ moderari debet.numero.7. fol.47
Penſio vnde dicatur.numero.1. fol.5
Penſionem imponere quis poſsit. numero.1. fol.8
penſionẽ ꝑ priuato ſolus papa imponit ſuper beneficio ſecus ad vſus pauperum.nu.10. fol.3
penſionis appellatione quid proprie contineatur,& quo modo penſio prout capitur in profanis conueniat penſioni, quæ imponitur beneficiis,de qua in præſente libro,& per totum cap. numero.2. fol.5
penſionis eccleſiaſticæ priuilegia. numero.7. fol.28
penſionis quibus de cauſis debent conferri,nu.8. fol.29
penſionis ſolita quantitas.numero.2 fol.2
penſionarius an teneatur ad onera,numero.2. fol.46
penſionarius an teneatur facere mentionem de penſione in impetratione beneficii. numero.1. fol.27
penſionarius non dicitur habere titulum nec tenetur ad reſidentiam. numero.24. fo.23
penſionarius non tenetur ſeruire neq; reſidere,dicitur tamen beneficiatus. numero.3. fol.30
penſionum quatuor ſpecies ac plures diſtinctiones per totam car. numero.1. fo.6
Permutare volentis narratiua qualis eſſe debet in ſupplicatione & ſuperioris in collatione. nume.33. fol.35
permutari an poſsit pẽſio pro officio ſeu beneficio. nu.1.fo.30
permutari non poſsunt cum beneficiis,quæ non conceduntur in beneficium.numero.4. fo.31
permutari non poſſunt ſpiritualia cum temporalibus. numero.21. fol.33
permutari non poteſt res aliena.numero.24. fol.34
permutatio beneficiorum dicitur fauorabilis non odioſa. numero. 2.folio.30.numero.32. fol.35
permutatio beneficiorum eſt perpetua penſio vero ſecus.numero.14. fol.32
Permutatio eſt contractus bonefidei.nu.33. fol.32

Permutatio complecta ex vna parte, ſi ex altera compleri non poteſt, alter poteſt ad eccleſiam ſuam redire. nu. 15. fol. 33
Permutatio eccleſiaſtica, vt valeat quæ requiratur. numero. 10 fol. 31.
Permutatio quid ſit. numero. 29. fol. 35
Permutatio vt valeat tria ſunt cōſiderāda, nu. 7. & nu. 9. fol. 31
Permutationem præcedere debet renunciatio. numero. 28 fol. 35.
Pontifices ante Chriſtum ferrebant in pectore rationale, & qua re. numero. 9. fol. 8
Præbenda an veniat appellatione beneficii. nume. 22. fol. 23
Prælatis detrahere & inuidere eſt grauiſsimum peccatum. numero. 19. fol. 4
Prælatus debet eſſe diſcretus ne dum naturali diſcretione, verum etiam accidentali. numero. 8. fol. 8
Præmium in agro dominico non debet quæri, tamen merentibus dari debet. numero. 16. fol. 4
Præſcriptio quadraginta annorum currit in decimis. numero 22. fol. 15
Præſtimonia dantur in titulum, & poſſunt renunciari & vacant. numero. 30. fol. 35
Præſtimonia quid ſint & an ipſorum ſit habenda mentis in impetrationibus beneficiorum. numero. 22. fol. 5
procurator an ſicut conſtituitur ad cedendum penſioni ita conſtituatur ad petendum abſolutionē cenſurarū. nu. 28. fol. 44

R

Redimere ius ſuum vnicuique licet. numero. 32. fol. 18
Relaxo verbum quot modis accipiatur. nume. 25. fol. 44
Remiſsio & donatio differunt. numero, 24. fol. 43
Remiſsio in beneficialibus qualiter fieri debeat, & quid de tranſactione & cōpoſitione. num. 23. fo. 16. & nu. 21. fol. 13
Renunciatio beneficii quæ requirat. numero. 31. fol. 35
Reſcripta beneficialia ſunt ambitioſa, ideo reſtringenda. numero. 23. fol. 23

S

Sacramenta voluntatis ſunt ordo, & matrimonium. numero. 13. fol. 40
Salarium quando ſolui debet, & quando de eo conueniendū. numero. 1. folio. 10. numero. 8. fol. 11
Senator vrbis dicitur præſes. numero. 6. folio. 20

Sententia excõmunicationis quando eſt nulla fit relaxatio quã do tenet fit abſolutio ad cautelam quando vero eſt dubia da tur abſolutio etiam inuita parte, nume. 26. fol. 44
Sententiam iniuſtam, an ſit licitum redimere. nume. 19. fol. 14
Similitudo quid ſit, & quæ præſupponat. nume. 4. fol. 6
Simonia committitur, ſi detur pecunia habenti ius ne vexet ſeu vexare deſiſtat. Secus ſi detur pro iure quærendo. nume. 15. fol. 13. vt nume. 13. fol. 13
Simonia eſt ſi in permutatione beneficiorum interueniat pecu nia, nume. 17. fol. 23. nume. 25. fol. 34.
Simonia ex parte recipientis cõmittitur, nõ ex parte dantis quã do aliquid datur pro abſolutione. numero. 29. fol. 17
Spoliatus an licite det pecunias pro recuperanda poſſeſione be neficii. numero. 21. fol. 15
Suſpenſio quomodo tollatur. numero. 37. fol. 41

V

Verbum ſoluo quot habeat ſignificatus. numero. 16. fol. 41
Veſtis nuptialis quid ſignificet. numero. 18. fol. 22
Vexatio ex parte vexantis quæ præſupponat. nume. 14. fol. 13
Vexatio ex parte vexati ad hoc vt licite redimi poſsit, quæ ſint neceſſaria vſq; ad finem cap. nume. 20. fo. 15
Vexatio incipit a citatione nam extra iudicium dicitur violẽ tia. numero. 7. fol. 13.
Vexatio quæ in teſtamento veteri fuit redempta. nu. 12. fol. 13
Vexationes quæ licitæ redimuntur, quæ ſint, & numero. 5. fol. 12. &. 6. fol. 13. & per totum cap.
Vexationum varia genera atque diſtinctiones. nu. 4. fol. 12
Voluntas coacta voluntas eſt. numero. 3. fol. 12
Vxor ſiquid acquirit conſtante matrimonio, etiam ſua indu ſtria, præſumitur acquiſiſſe, de bonis viri. numero. 2. fol. 25

FINIS.

R. P. D. PETRO PAVLO
Pariſio, cauſarum Cam. Apo. Auditori.
Antonius Maſsa Gallœſius. S.

ERat penes me perelegans, De penſione Eccleſiaſtica, Tractatus. Quẽ, ne priuatim mihi tantum inſeruiret, Sed publice vtilis eſſet, cõſuleretur͡q; (vt par eſt) nomini authoris Calchographis imprimendum tradidi. Ea tamen lege, vt tibi dedicaretur, quaſi iure tuo tibi debitus. quandoquidem ea de re, peculiare tui fori iudiciũ eſſe ſolet, ac ſimul vt aliquod affectionis erga te meæ ſignũ haberes. Tu igitur, humanitate qua præditus es, rem veluti ab amico animo profectam, boni conſule, meque (quod facis) amare perge. Authorem autem patria Romanũ, Iuris V. Doc. haud vulgarem. & ob ſingularem eius doctrinam, in apoſtolicam Pœnitentiariam, tranſlatum fuiſſe. Id͡q; ſub Xiſto. IIII. Pontifice, ex opere ipſo facile liquet. Tractatus vero eſt adeo elegans, adeo plenus, vt præter eas, quæ contingere poſſunt circa tranſlationes & exẽptiones penſionum, & paucas alias, cum rebus ipſis poſtea natas quæſtiones, vix eſt quid in ſuppoſita materia lector vel curioſus deſideret. Vale. Romæ. XVI. Octob. M. D. XXXIX.

REVERENDISS. IN CHRI-
ſto patri, & domino domino Leonardo Grif
ſo Epiſcopo Eugubino, Dñi noſtri papæ
Sixti .iiii. Secretario. Paulus de Roma
domini papæ pœnitentiarius.
S. P. D.

QVia cōſtat vnam eſſe eccleſiam per vniuerſalem orbem .c. ſciſma in ſi. & .c. loquitur & .c. omnibus & .c. pudenda .xxiiii.q.i.&.c. nouatianus vii.q.i. extra quam nulla eſt ſalus .i.q.i. teneamus etiam ſi miracula faceret vt ibidem dicitur. Et in extrauagan. Bonifacij. vij. quæ incipit vnam ſanctam quam poſt Io. mo. commentatus eſt dominus meus Ioannes Franciſcus pauini, a qua vnitate diuiſi in Chriſto congregari non poſſunt nec illum habere caput .xxiiii.q.i. alienus. Nec poſſunt habere peccatorum abſolutionem nec ingredi ianuam regni cęleſtis. xxiiii.q.i.c. quicunq; ab vnitate. Cuius vnitatis originem ab vno incipiente in perſona Chriſti in canticis ſpirituſſanctus expreſſit ibi vna eſt Columba mea, perfecta mea. vna eſt matris ſuæ electa genitricis ſuæ & eſt tex. c. legitur. xxiiii.q.i. facit de ſumma trinitate. c. firmiter. §. vna vero & .c. damnamus. §. verum vnitatem ibi multitudinis credentium erat cor vnū & anima vna in deo, quia qui plantat & qui rigat vnum ſunt, & in libro Regum populus meus & populus tuus vnum ſunt. Ididem etiam canit Nicena ſynodus. Credo in vnam ſanctam eccleſiam

&c. & apoſtolus ad Ephi.iiii. & nota .xxiiii.q.i.c. loquitur vna eccleſia vnus populus vna ſpes vocationis noſtræ vnus dominus vna fides vnum baptiſma vnus deus & pater omnium. Hinc eſt quod in vnitate ſciſſura eſſe non poteſt dicto .c. ſciſma quod præfiguratur quia veſtis domini quæ erat inconſutilis & deſuper contexta per totum remanſit indiuiſa vt repreſentaret vnitatem .xvi.q. vlti. c. ſicut & .c. ad ſuccidendos de ſciſma. lib.vi. Et quia hæc ſpiritualis vnitas ſimplex eſt & non recipit diuiſionem vt in .c. piæ mentis .xvi.q.vlti. de iurepatro.c. primo in verbo diuidi nõ debet ideo boni conſcientiam contingit dubitare plerumq; ſi liceat retinere penſionem in beneficio eccleſiaſtico non obſtante quod fuerit conſtituta ab habente iuriſdictionem eo ꝙ nõ deſeruit beneficio cum propter officium detur beneficium .c. ſi. de reſcriptis li.vi. Et videatur intrare in labores aliorum & colligere quod non ſeminauit vt legitur Io.viii. Et videatur quodammodo ſecare præbendam contra Lateranẽ ñ. ſtatuta concilij vt.c. maioribus &.c. verum &. c. cũcauſam de præben. vt eccle.benefi. c.vno. Item quia ſacra conferri debent ſine diminutione vt eſt tex.i.q.iii.c. ſiquis præbendas qualiter ſalua conſcientia ſeparabitur penſio a beneficio ſicut vſuſfructus a proprietate vt dicunt Imol. & Zab. ex intentione Laudini in cle. quia regulares de ſupp.ne præla. hoc eſt quod præfiguratur ꝙ Daniel maluit aquam tãtum bibere & legumina edere, ꝙ̃ cibo regio pollui. Ideo ante iuuenilem ætatem ſpiritũ prophetiæ accepiſſe legitur.lxxviii.

di.c. presbyter ante. §. hoc regulariter. Et fuit eruditus omni ſcientia, Aegyptiorum, Caldæorũ, vt not. xxxvii. diſtin. legimus de beato Hieronymo §. ſed contra. Sciebat enim futurum eſſe in Euangelio, q̧ filij regni, qui inebriantur & polluũtur vino regio eijcientur in tenebras exteriores. Quia difficile eſt auro ſuffarcinato Chriſtũ pauperẽ ſequi, xij. q. ij. Crateñ. maxime ille qui multorum vitæ ſubſidia ſolus obtineat, vt ait Ambro. xlij. di. ſicut hi. ¶ Ad oblectationẽ igitur cõſcientiæ tuæ. Cuius me ſæpenumero inter te & Deum arbitrum elegiſti. Summulam de eccleſiaſtica penſione rogatus ab amicis, tibi & tuo nomine dedicaui. Cui incidẽter annectitur de redemptione vexationis, vt per illa. V. R. P. Lances veræ conſcientiæ apprehendat æquo libramine, & eiuſdem conſcientiæ puritati, non deſit iudicium rationis. c. cum æterni, de ſenten. & re iudi. &. c. ij. de regul. libro ſexto. Vale.

PAVLI ROMANI OLIM POENITENTIARII APOSTOLICI Tractatus de Penſione Eccleſiaſtica.

CIrca præſentem Materiam penſionum omittendo ſubtilitates prò & contra. Venio ad materiæ reſolutionem. ¶ Et primo videndum eſt quid eſt penſio. ¶ Secundo vnde dicitur. ¶ Tertio quot ſunt eius ſpecies. ¶ Quarto quis poſsit eã imponere. ¶ Quinto quando ſolui debeat. ¶ Sexto an poſsit redimi. ¶ Septimo an poſsit pro officio vel pro beneficio permutari. ¶ Octauo an poſsit gratis remitti & donari. ¶ De materia habetur.xvi.q.prima capitulo poſſeſſiones decima quæſtione ſecunda.§.hoc ius porrectũ.& §.perpetua quoq; ibi cõſtante nunc penſione & de præben. niſi in glo.ex iuſsione.& in.c.ad audientiam de reſcriptis in verbo annuas penſiones & in .c.poſtulaſti.eo.titulo in vlti.glo. in fi.ibi uel penſiones de præb.c.extirpãdæ.§.fi.in verbo penſionem alii & de colluſ.c.audiuimus ibi annuam penſionem in verbo non penſio & ibi optima glo.& in.c.q̃uis pleniſsime de præb.li.vi.ibi Dominicus & in.c.conſuetudinem de conſue.ibi vel qdcunq; aliud quouis nomine cenſeatur eo.li.& in cle.quia regulares §.eadem quoq; in verbo penſiones uenouas de ſupp.ne.pręla.vbi Zab.& Imo.pleniſsime in ſummula & in cle.ii.de vita & ho.cleri.§.cęteri vero in verbo qdcunq; & in.c.prohibemus &.c.cum venerabil.de cenſi.& in.c.ex parte &.c.de aliis de eccle.edifi.& .c.de monachis & .c.auaritiæ de præb.& in.c.quanto de dec.& Spec.ti.de loca.§.poſtq̃ tam plene.ver.ſed quæritur quando penſio ſit ſoluẽda eo.ti.de ſalar.§.nũc de procuratorũ ver.in sũma vero &.§.ſequitur de aduocato ver.ſed quando ſoluetur ſalariũ aduocatis de eccle.edifi.c.iii.facit.c.literę tuæ de dila.in ver.pẽſio de poſſesſiõibus & Hoſti.in sũma de vita & ho.cleri.§.i.ver.Item de conſuetudine & de cleri.non reſi.§.i.ver.Is vero tanq̃ bñmerito & in.c.ſicut nobis de ſupp.neg.prælа.in verbo.Ita penſionibus honorantes & in .c.cum clerici de cenſi.in glo.ii.

¶Caput primum.

1 Penſio quid ſit.
2 Penſionis ſolita quantitas.
3 Penſio iuſta quomodo conſideratur.
4 Penſio iniuſta & eccesſiua quæ.
5 Certum quid dicatur eſſe & ſic de incerto.
6 Penſio iuſta eſt quæ non excedit tertiam partem reddituum.
7 Menſa & eius bona quæ dicantur remisſiue & quæ dicantur eccleſiæ de menſa nu. 8.
9 Manualia beneficia & temporales prioratus quomodo uacent & quid de beneficiis de menſa.
10 Penſionem pro priuato ſolus Papa imponit ſuper beneficio ſecus ad uſus pauperum.
11 Hoſpitalitatis fauorem poteſt conſtitui penſio ab inferiore a papa nec talis penſio poteſt minui & nu. 14
12 Penſionis imponen. quatruplex cauſa impulſiua.
13 Literatorum aliquæ prorogatiuæ.
15 Pauperum ſunt bona clericorum & eorum bona.
16 Præmium in agro dominico non debet quæri tamen merentibus dari debet.
17 Conſanguineorum amor in beneficialibus inducit ſimoniam & peius eſt amare inordinate affines quam cæteros Laicos.
18 Epiſcopi ſunt ceci circa nepotes.
19 Prælatis detrahere & inuidere ē grauisſimum peccatum.
20 Papa qualiter debeat affines diligere.
21 Penſio debet extingui morte penſionarii.
22 Præſtimonia quid ſint & an ipſorum ſit habenda mentis in impetrationibus beneficiorum.

CIrca primum Scilicet quid eſt penſio. Zab. in clementi. quia regulares de exceſ. præla. in tertio quęſito ponit diffinitionem penſionis ex intentione Laurentii quam ſequitur Io. de Imol.
1 ſuper eadem clem, ſic. ¶Penſio eſt certa portio † ex menſa uel beneficio ex cauſa ad tempus & non perpetuo ſeparata, Et addunt poſt diffinitionem ꝙ hæc diffinitio cir-

cuncernit penſionē quatenus eſt commodum temporale & non titulus beneficialis ut in .c. poſſeſſiones .xvi.q.i. ſed quatenus eſt beneficium dicunt ꝙ diffinitur ſicut beneficium de præben. q̄uis li.vi. facit cle. quoniam de uita & ho.cle. §. cæterum in uerb. quodcunq; beneficium ubi dicit Io. an. ꝙ includit præſtimonia & penſionem quam haberet in titulum. Et ex dictis eius concludit ꝙ penſio aliquando datur in titulum ut in.c. ad audientiam de reſcripti. & infra dicam. ¶ Partes diffinitionis neq; Zab. neq; Imola proſequuntur breuitatis cauſa. Sed quia multum ſunt utiles & neceſſariç ꝑpter uarietatē & perplexitatem materię proſequatur illas ſigillatim ad dillucidationem materie pēſionis. ¶ Hęc diffinitio continet quinq; partes. ¶ In prima dicit̄ † ꝙ penſio eſt certa portio & ſi talis penſio imponatur per papam ſolet eſſe trina de ſtilo curiæ & notantur dico de ſtilo quia dicit Imol. in cle. quia regulares de exceſ. præla. ante diffinitionem penſionis ꝙ talis ſtilus fecit ius alle.c. q̄ graue & .c. licet de cri. fal. de con fir. uti. vel inuti .c. venerabiles facit cle. ſæpe de verb. ſig. §. & quia poſitiones ibi nos uſum huiuſmodi obſeruare uolentes. Io.an. in.c.fi. de conſue. in ſumma quam ibi ponit ver. de ſtilo & talis ſtilus curiæ Romanæ innititur iuri communi. Spec. titulo de app. §. de officio verſi. vt autem. Si vero conſtituatur de menſa epiſcopi vel abbatis erit arbitraria quia tunc tales penſionarii prioratus qui ſunt de menſa & vocantur obedientiales, vel menſales vt dicit Inno. in.c.ii. de ſta. mo. dicentur potius miniſtri q̄ priores licet ſonent indignitatem dummodo ipſi priores congruam ſubſtentationem habeant de eccleſi. ędiſica.c.iii. vt notauit do. Anto. in .c. auaritiæ de præben. in vltima glo. maxime ſi tales prioratus habeant ad firmam & non in titulum vt de locato .c. veſtra ne præla. ui. ſu.c. finali & eſt gloſa in clemen. frequens de exceſ. præla. in verb. ad firmam clemen. vero vna de ſupp. ne præla. prohibet regularibus & etiam aliis prohibetur per capitulū prohibemus de cenſi. vt penſiones nouas non imponant & impoſitas non augeant & nouiter impoſitas non exigant. Sed hic notandum primo ꝙ in iſta parte diffinitionis ponitur hic verbum ſcilicet certa portio, & certa portio habet intelligi. ꝙ ſit iuſta quam Lu-

douicus de Roma conſilio ſuo, cccclxix. in princi. §. cæ-
3 terum declarat, ꝙ ſit † iuſta rei penſio. Et dicit ꝙ hanc
dupliciter conſideramus. primo ſecundum conſuetudi-
nem ſcilicet ſecundum ꝙ locari conſueta eſt. ea enim eſt
iuſta rei penſio, quæ ſolita eſt ex conſuetudine dari. Ca-
ſus eſt. C. locati. l. excepto. Secundo etſi deficiat conſue
tudo illa non cenſetur iuſta etiã in re eccleſiæ penſio, quæ
conſiderata annis ſingulis, & redacta ad annos. xx. faceret
iuſtum pretium ipſius rei exiſtentis venalis glo. ordina.
in auctentica perpetua ſuper verbo. iuxta. C. de ſacro
ſanct. eccle. tex. in auctentica de non alieñ. §. ſi vero ali-
4 cuius eccleſiaſtici, & ſic ibi † appellat penſionem iniu-
ſtam ſi nimium excedat, & dicit ꝙ ſubiacet reformatio-
ni quemadmodum reformationi ſubiacet contractus ven
ditionis, cum vltra dimidiam iuſti pretii circumuentio
interuenit, vt. l. ſecunda. C. de reſcin. vendi. & in cap.
cum cauſam, de emp. & vendi. ita & reformationi ſub-
iacet penſio cum illa vltra dimidiam iuſtæ penſionis ex
cedit. hic eſt caſus prout ibi, & quo ad hoc parificantur
pretium & penſio. in. l. Item ſi pretio. §. fina. cum. l. ſe-
quen. ff. locati iuncta. l. ſecunda. C. de reſcin. vendi.
5 ¶ Item notandum ſecundo † ꝙ ſecundum quod refert
Ioan. And. in. c. ſi beneficia de præben. libro ſexto in no-
uella in verb. de cætero, ꝙ illud dicitur eſſe certum quod
in dubitatione caret. i. quæſtione prima de cætero. xi. quæ
ſtione prima certum, ſecundum Archi. qui ponit exem
plum in eo, qui vidit literas collationis vel reſeruatio-
nis, de appella. ſi duobus, & quod nota. Compoſtella.
de reſcriptis capitulo in magna gloſa vnum caſum, &
ꝙ nota. archi. in capitulo ſecundo de electio. in verb. al
ternatiua vbi dicit. Et nota, ꝙ certum eſt clarum & mani-
feſtum, & addit ꝙ ſic ſumitur. xi. q. iii. certum, & de hære
ti. excommunicamus. §. vlt. vii. q. ii. c. vlti. Et incertum eſt
obſcurũ & immanifeſtũ. de quo eccleſia ſe non intromit-
tit. ii. q. i. nomen. i. q. vi. c. conſuluiſti. facit. ff. ſi cer. peta. l. cer
tum. Et aliud eſt eſſe certum, aliud expreſſum, vt de præ-
ben. c. ſi epiſcopus cui lib. vi. in verbo certas facit de con-
ceſs. præbẽ. c. ne captandæ. eo. lib. Dicitur ergo in iſta diffi
6 nitione certa portio, † quia incerta quantitate pecuniæ cõ
ſiſtit ſcilicet in tertia reddituum, vt dictũ eſt, quoniam in

his attendi debet potius certum.ff.de conditio.inſtitutio.l. quia ratio.ff.ad trebel.l.cogi. §.ſi ſeruo.ff.de hære. inſtitu. l.quotiens.§.ſi hæres de pœn.di.iii.qui egerit,xiiii.di. ſicut, de ſponſa.iuuenis de homicidio ad audientiam &.c.petitio.Et ſit hæc certitudo, vt penſionarius cui.ſ.ſoluitur.Et penſionarius qui.ſ. ſoluit certi eſſe debeãt,de facto ſuo. c. ab excommunicato,de reſcript. &.ff. de acquirend.heredi. l. cum filium. ¶Additur ſecunda particula. Ex menſa,ſecundũ do.Anto.in.c.vt ſuper de reb.eccle. non alieñ. in primo quæſito quærit,quæ dicantur eſſe bona de mẽſa.
7 † Et remittit ad glo.cle.frequens de exceſs.prælà.in verb. ad menſam,& dicit ꝙ glo.eſt plena.Ideo ibi no. ¶Et addit ꝙ illa dicuntur bona de menſa, quando illi vel ille,ad quos vel ad quem ſpectat menſa poſſunt illos in vſus proprios cõuertere,& de illis pro libito diſpõere. ¶Zab. vero in cle.frequens de exceſs. præla. in verbo de menſa dicit
8 † ꝙ illæ eccleſiæ ſunt de mẽſa,quæ ſunt ita vnitę ꝙ nõ habent rectorem perpetuum.¶Imo.vero in cle.quia irregulares.§.præmiſſa de ſupp.ne.præla.dicit.Nota ad cognoſcendum,quando beneficia ſunt de menſa,ſ. quando non habent ſpecialem adminiſtratorem alium a ſuperiore prælato,præſumitur enim ꝙ ſunt de menſa.Et addit Zenzillinus,ꝙ in his quæ ſunt de mẽſa,ponuntur ſimplices miniſtri,ſeu collectores.ar.de ſupp.ne.præ. c. ſicut nobis.facit quod dicit Inno.in.c.ii.de ſta.mo.ꝙ tales priores, qui ſunt de mẽſa dicentur potius miniſtri ꝗ priores,licet ſonẽt indignitatẽ. Secus de manualibus prioratibus,vt in cle. ne in agro.de ſta.mo.§.ad hæc in glo.in ver.ordinarios,& dicit Io.an.in.cle.quia regulares.de ſupp.ne.præla.ꝙ per illam
9 decre.manualia,† quę non ſunt de mẽſa,& tẽporales prioratus vacãt per mortẽ vel remotionẽ eorũ, qui præſident. Sed ſecus de illis,quæ ſunt de menſa,quia non vacant per mortem illius,qui illum habet ad firmã.ſed bene per mortẽ rectoris tẽporalis, vel ꝑpetui.vnde in cle.frequẽs,de exceſ.præla.ver.quidam,& eſt glo.in clem. i. de reſcriptis in verb.haberent.Tales enim qui præſunt menſalibus, vt dictum eſt,non ſunt rectores,ſed firmarii. de loca.veſtra. ne præla.ui.ſu. c. ſi. & d.clem.frequens, de exceſs. præla. in verb.non vacẽt,de deci.c.dilecti. ¶Additur tertia particula,Vel beneficio,quia in beneficio pẽſion ẽ iam nullus cõ

10 ſtituere † põt niſi ſolus papa per.c.prohibemus de cenſi.
& .c. extirpande. §.ſi.de præb. niſi talia ſint beneficia,qui-
bus imponitur penſio ad vſus pauperum,& nulli cõcedi-
tur ratione priuatę vtilitatis. vel etiam imponitur pro vti-
litate & neceſsitate eccleſiæ.vt in. c.ex parte de iis quæ fi. a
maio.par.ca.&.c.de aliis.de eccle.ædifi.& per Inno. in. c. ſi
omnes de conſti.& quæ a ſui fundatur ſic inſtituta ſunt,vt
11 penſionem ſoluant in vſus pauperũ,†ad quam per ſoluẽ-
dam cõpellentur etiam religioſi ab ordinariis. cle. vna de
ſupp.ne.præ.facit.c.ſicut eo.ti.quia cõpellẽtur ſeruare ho-
ſpitalitatẽ.vt in.c.de monachis.de præben.vt dicit do. An-
to.in.c.auaritiæ de præben.in penultimo notabili ꝙ pen-
ſionem antiquitus determinatam monachi non poſſunt
minuere cauſa non ſubſiſtente & ſine auctoritate epi-
ſcopi.& etiam exempti & non exempti poſſunt compelli
ad reintegrationem,vt.d.cle.vna de ſupp.ne.præla. Et idẽ
ſentire videtur idem Abb.ſic.c.auaritiæ,& ſic intelligũtur
iura,quę in glo.in.c.auaritiæ.de præben.ſ.de eccle.ædifi.c.
ad audientiam de exceſs.præla.ſicut vnire.xvi.q.i. præcipi
mus. §.ſicut duo , de iis quæ fiunt a præla. ſine conſenſu
ca.cum apoſtolica de cenſi.quanto.Poſſunt tamen etiã mi
nuere redditus particulares ſi eſſent eccleſiæ ampliatæ alle
gat.c.de monachis.de præben.Et ſi nollent conſentire de
ciſioni dicit idem do.Anto.ꝙ ſubſiſtente iuxta cauſa com
pelli debet per ſuperiorem,de iis quæ fi. a ma.par.ca.c.ſi.
de iurepatronatus nullus. & hæc locum habent in eccleſia
deputata ad vſus pauperum,vt dictum eſt quę rõe priuatę
utilitatis non conceditur.& allegat Goffre. ꝙ tunc inuitis
clericis fieri poſſunt diuiſio parrochiæ, dummodo ipſi
congruam ſubſtent tionem habeant de eccle. ædific.cap.
tertio Secus in præbẽ. quæ clerico pro ſuo datur ſeruitio.
Et ipſo contradicente diuidi non poteſt . ad hoc vide no
ta.Innocen. in capitulo cum omnes de conſtitutio. hanc
etiam penſionem in beneficio arbitror imponere poteſt
dummodo papa conſentiat,vt in capitulo niſi de præben.
& tolleratur pro bono pacis, vt idem dicit do. Anto. alle-
gat capitu. iam dudum de præben. ¶ Additur quarta clau
12 ſula ex cauſa,quia † cauſa impulſiua penſionis quadru-
plex eſt. Literatura , Hoſpitalitas ,Præmium , & Amor.
¶ Prima cauſa eſt literatiua , quia ſummus pontifex ſo-

let reſeruare penſiones, non ſolum in eccleſiis curatis; ſed etiā in Epiſcopatibus & metropoliticis eccleſiis, circa
13 ſublimes † & literatas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficiis honorandi, vt dicit tex. in.c.de multa. de præben. vbi Abb. ſicu, declarat materiam ad longum in vltimo notabili. Et ratio quia tales literatæ perſonæ proſunt, non ſolum eccleſiæ, ſed toti mundo, vt in auct. habita. C. ne fil. pro pa. Et quia eccleſia eget uiris literatis, vt in capitulo cum ex eo, de electio. Ideo eis indulget ſuper abſentia per ſeptennium a curatis eccleſiis infra quod non obligantur etiam ad ſacerdotium promoueri dicto capitulo
14 cum ex eo. ¶Secunda cauſa impulſiua † eſt hoſpitalitas de qua in capitulo ſicut de ſupp. ne. præ. & in cle. vnica eodem titu. de præben. cap. de monachis. & licet quilibet chriſtianus obligetur ad hoſpitalitē, Iuxta illud Matth. xxv. hoſpes fui, & non collegiſtis me. xlii. diſtinct. in princi. maxime tamen clericus & ſacerdos de facultatibus eccleſię, quia vt dicit Hieronymus, Aliena rapere cōuincitur quia vltra ſibi neceſſaria retinere probatur. xlvii, di.c. ſicut hi, xciii. diſtinc. c. diaconi, xiiii. q. iiii, quid dicam de reſtitu. ſpol. ſæpe. xvi. q. i. decim. Ideo ab hac hoſpitalitate quiſquis alienus fuerit in ſacerdotem ordinari nō poterit. tex. eſt. xlii. diſtinctio. in prin. Et quod dicit Hieronymus. xvi.
15 quæſtione. i. capi. finali quicquid habent clerici † pauperum eſt domus illorum omnibus debet eſſe communes ſuſceptioni peregrinorum & hoſpitum inuigilare debet, facit. xxiii. quæſtione. vii. cap. quod autem ſecunda. q. viii. conuenior, xii. q. i. expedit, &. xii. quæſtione. ii. multi. Hæc enim fuit vita in primitiua eccleſia, vt legitur in actibus Apoſtolorum, ꝙ erant eis omnia communia & diſtribuebatur vnicuique, ſicut cuique opus erat tex. eſt duodecima quæſtione prima non dicatur & cap. quia tua fraternitas. ¶Tertia cauſa impulſiua eſt præmium. Nam li-
16 licet in agro dominico † non debeamus quærere pręmium noſtrorum bonorum operum, ſed expectare futuram, vt nota. de pœni. diſtinct. tertia. § . cauendum nobis eſt, tamen qui ſeruit altari, meretur inde recipere præmiſſ. duodecima quæſtione ſecunda. c. caritatem, & capitulo eccleſiaſticis, quia virtutum præmia tribui merentibus conuenit. C. de ſtatuis & imagini. l. vt virtutum. Ad hoc

vt præmia debeant homines ad maiores labores & digni-
tates producere. C.de off. præfec. præto. affri.l. in nomi-
ne domini.§. hoc autē non ſolum.ff.de off. aſſeſ.l.i. ideo
ſummus pontifex ſolet benemeritos qui in agro domini
co laborarunt non ſolum una penſione ſed pluribus ho
norare aut eius procurationem committere alicui pingui
monaſterio. Sicut Alexander.iii.beatū Thomam cantua-
rienſ. procurandum commendauit monaſterio pontima
cenſi ſimile in.c. quanto de cenſibus. ¶ Quarta cauſa im
pulſiua eſt amor, ſed aliquando ſolet eſſe carnalitatis &
17 parentelæ, qui † etiam videtur ꝙ ſymonia inducat, vt
eſt glo. in.c.nemo de ſymo. facit.i.q.i.c. ſi quis neq; .i. an
iuſto cordis amore facit. c. unum ut eccl'. benefi.§.omni-
bus ergo ibi non affectu carnis & glo.in eo.c.in uerb.car
nalitatem & talis amor parentum quando non eſt ordina
rius grauius efficit peccatum q̄ cæterorum laicorum tex.
eſt.i.q.iii.in.c.peruenit ibi uel qđ grauius eſt conſangui-
neis & ibi dic. Io. in glo. nota. ꝙ minus peccatum pro-
pter adiunctum grauius punitur, minus.n. peccatum eſt
dare cōſanguineo q̄ extraneis.lxxxvi.di.non ſatis quia hic
eſt ordinata caritas ut infra dicetur. Sed quia prouiden-
do conſanguineis enormiter lędunt eccleſias, Idcirco di-
cit ꝙ peius eſt dare conſanguineis enormiter.i. in grauio
rem læſionem eccleſiæ.xxxiii.q.ii.c.latorem.lxxxix.di.de-
center.x.q.ii.epiſcopus vel capitur grauius pro commu
nius.xxxii.q.vii.c.quid in omnibus unde dicit Io. ꝙ ceci
18 ſunt epiſcopi circa † nepotes.viii.q.i. dilectiſſimi. Vnde
tantus impetus omnia in eos fundēdi reſtringendus.c. ut
dicit lex in alio caſu.ff. ad le. iul. de adulteriis.l. nec in ea.
19 ¶ Cætera omitto ne detrahamus prælatis † & incida-
mus in pœnam cle. religioſi de priuileg.§. quibus uero
facit.'vi.'q. i. deteriores quia peius malum non extimatur
in eccleſia Dei q̄ chriſtianos ſuis inuidere prælatis.vi.q.i.
§. verum tale enim peccatū eſt in ſpiritum ſanctum vt no
ta.de pę. di.i.c.homicidium in glo.detractores & tales de
teriores, peiores ſunt raptoribus bonorum temporalium
vi.q.i.c.deteriores. Ideo niſi ab obtrectationibus lingua
cohibeatur nihil ꝓdeſt opera bona facere de conſ di.v.ni
hil. ¶ Et nota ꝙ ſummus pontifex obligatur parentes di
20 ligere † ordine caritatis quæ incipit a ſe ipſo iuxta illud

ordinauit in me charitatem.xlii.diſt. c. quieſcamus in glo. lxxxvi.di. c.non ſatis.in glo. domeſticos.facit.c.niſi de au ctorita.& vſupal. de pœ.diſtinct. iii.c. qui vltra ordinatæ xxiiii.q.v.c.ſi non licet.Et agris tuis ſcitientibus alii rigādi non ſunt.l.præſes.C.de ſerui. & aqua.Chriſtus enim filios Zebedæi & ſuos elegit,tamen Petrum omnibus præpo ſuit ſuper quem eccleſiam conſtruxit. c. fidelior. l. diſt. ſic etiam papa debito naturæ parentibus obligatur , non mi nus tamē facientibus voluntatem patris ſui,quia tales etiā fratres eius ſunt.& in pluritatibus penſionum,& beneficio rum debet illos coequare parentibus,& ſic papa omnia fa ciet cum cauſæ cognitione,vt dicit Inno.in.c.cum ad mo naſterium,de ſtatu mona.in glo. in verb.ſummus . aliter dicit,ꝙ non valet diſpenſatio,vel reuocatur & ipſe peccat. Allegat.li.diſt.c.qui in aliquo. Si igitur papa omnia aget cum cauſæ cognitione,vel cum parentibus,vel cum igno tis. ❡ Additur vltima clauſula.ad tempus & non perpe tuo ſeparata,& reſpicit beneficium,& proprietatem, a qua vſuſfructus ſeparatur ad tēpus, vt dicit Zab. & Imola in cle.quia regulares de ſupp.ne.prę̄la.quia extinguitur mor

21 tuo † illo cui debetur pēſio.& reuertitur ad integritatē & ſui naturā.qa Turonē.ſtatuta cōcilii ſectionē inhibēt prę bendarum.c. maioribus de præbend . &.c.veſtra &.c.cum cauſam eo.ti.vt eccleſia.beneficia.c. vno prope ſi.facit.i. q. iii.c. ſiquis præbendas vbi dicitur ꝙ ſacra conferuntur ſi ne diminutione niſi ex cauſa retineantur, vt pēſiones.&.d. c.vno,vt eccle.benefi.& cle.ſi regulares.de ſupp.neg. præ lato. &.c.de monachis.&.c.niſi de præben.& ſic res de fa cili reuertitur ad naturam ſuam.xxxv.di.ab exordio. i. di. Ius naturale.vi.q.iiii.c. ſi.ff.de pactis. l. ſi vnus.§. quod in ſpecie. ❡ Excluduntur per hanc clauſulam præſtimonia

22 † quæ ſunt perpetua,de quibus in.c.ſi. de conceſs. præb. libro ſexto,& per Ioan.And.& Hoſti. in. c.poſtulaſti.de reſcriptis vbi diſputant,an in impetratione diſpenſationis ſuper pluralitate debeat fieri mentio de ipſis. Addit etiam Hoſti.in.c.ſi.de cleri.non reſiden.ꝙ præſtimonia ſunt ſti pendia conceſſa tanquam benemeritis.& qui dicuntur be nemeriti.nota.xii.q. ii.c. ſiquis de ſeruis in glo. in verb.me ritos,vbi dicit Ioan.ꝙ tales benemeriti dicuntur , qui ali quod inſigne ſeruitium fecerunt eccleſię.Et ponitur exem

plum.lxxix.di.ſiquis papa.Nam pro præmio remuneran dus eſt ſeruus libertate dicta.lxxix.di.c.qui manumittunt §.in criminali. large tamen benemeritus dicitur, quicūq; non demeruit,ſic quilibetdicitur dignus,qui non eſt indi- gnus de pręſump.dudum.¶ Excluduntur etiā portionarii & diuinorum cooperatores,de quibus dicto cap.fi.de con ceſ.præb.c.ſtatuto perpetuo.de deci. ¶ Item perpetuæ vi- cariæ,vt in clem.vna de offic.vicari.¶ Excluduntur etiam presbyteri,qui ad curam populi per monachos in eorum eccleſiis præſentati epiſcopis, qui etiam perpetui ſunt, de capęl.mona.c.vno libro.vi.¶ Itē vicarius illius cuius præ bendæ parrochialis eccleſia eſt annexa, & vtriq; deſeruire non valet.Et talis vicarius erit perpetuus,& canonice inſti tutus,qui congruentem habeat de ipſius eccleſiæ prouenti bus portionem,vt in.c.extirpandæ. §. qui vero de præbē. facit.c.ſuper eo.&.c.cum ſingula de præb.lib.vi.

¶ Caput Secundum.

1 Penſio vnde dicatur,

2 Penſionis appellatione quid proprie contineatur,& quo- modo penſio,prout capitur in profanis conueniat pen- ſioni quæ imponitur beneficiis de qua in præſenti li- bro,& per totum cap.

3 Diſtinctio ad inſtar licet inducat ſimilitudinem non tamē per omnia aſsimilat.

4 Similitudo quid ſit,& quæ præſupponat.

5 Penſio beneficiorū ſolui debet de ſemeſtre in ſemeſtrē.

QVantum Ad ſecundum quæſium,ſci licet vnde dicitur ,nota ꝙ Zab. in quarto quæſito clem.quia regula- res de ſupp. neg.præla.dicit ſecundū Lau
1 rentium ꝙ † penſio dicitur a pendeo pen des,quia dependet formaliter a beneficio a quo detrahitur, ſicut vſusfructus a proprietate de pigno ribus cap.fi.xvi.q. prima.c.poſſeſsiones, xii.q.ii. quicunq; de præben.quāuis libro ſexto.† ¶ Et nota,ꝙ appellatione
2 penſionis proprie continetur penſio vrbanorum prædio- rum,vel ædificiorum.Ita dicit tex.l.apud Iulianum.§.ii. ff.de leg.i.penſiones uero rerū eccleſiaſticarum conſtituū-

tur ad inſtar ſimile de offic.leg.capitulo ſecundo lib.vi.ibi ad inſtar proconſulum cæterorumq; præſidum, & in cle. dudum,de iudi.ibi etiam vndecunq; ad inſtar, & dicit ibi
3 Zab. nota,de dictione ad † inſtar,quæ exponitur ad ſimilitudinē.C.de iure fiſci.l.ad inſtar de fide inſtrumen.c. inter dilectos.§.cæterum & ibi Inno.facit de præben.c.cum qui &.c.non poteſt, in quarta glo. eodem libro, & titu.Et licet aliud ſit ſimile alteri,non tamen per omnia. ff. de pigno.act.l. ſi cum venditor.§.fi.&.ff.ad legem Iul. pecul. l.ſacrilegii pœnā.§.fi.& tunc non procedit,ar.a ſimili.ff.de iniuſto rup.& irri.teſta.l.iii.&. ff. de rei vendi. l. ſi nauis xxxvii. diſt. relatum.xxviii.q.i.ſicut.Et ſic nota.q; vbi ſimilitudo ponitur,veritas denegatur.ff.de concuſ.l.i.&.ff.de act.& obliga. l. in honorariis, &. C. de iuris & fact.igno. l.conſtitutione de reſcriptis.c. capitulū. Et ſimilitudo præ-
4 ſupponit duo extrema,† q; nullū ſimile eſt idem ei cui eſt ſimile, ſecundū philoſophos,bonus tex. & ibi glo. & Bar. in. l. quod nerua. ff. depoſiti. Et licet circa penſionem vrbanorum prædiorum, vel ædificiorum, & beneficiorum, & rerum eccleſiaſticarum ſit aliqua ſimilitudo. eſt tamen aliqua diſsimilitudo, vt nota.glo.& Ioan. An. in nouella in.c.non poteſt de præben.libro ſexto in glo.penul. & refert Boetium ſuper Topica libro quarto.Et dicit q; ſimilitudo eſt rerum ſingularium vel differētium comparatio. vnde in illa non requiritur,q; res ſit toto toti rei ſimilis,ſed in eo ad quod confertur,vel cui aſsimilatur,de confir. vti. vel inuti.c.cum dilecte,& refert ſe ad quod dixit,qui fil.ſint legit. per venerabilem,poſt princi. ff. de admi.tu.l. ſi pupillus alterum. §. fi. ad trebel. l. recuſare. §. vltimo, & quod dixit de iudiciis cauſam q.ii. de conſti.tranſlato. ſuper vlti.glo. de tranſla. c.ſecundo.Nunc autem penſio eccleſiaſtica,cum penſione vrbanorum prædiorum vel ædificiorum,pro nunc in duobus eſt ſimilis penſioni eccleſiaſticæ.¶Primo quo ad exiſtentiam/quia dependet formaliter a beneficio a quo detrahitur, ſicut vſusfructus a proprietate de pign.§.fi.xvi.q.i. poſſeſsiones.xii.q.ii quicūq;
5 de pręb.q̄uis li.vi.¶ † Secūdo quo ad ſolutionē.ſ. de ſemeſtre in ſemeſtrē, vt no.Spec.tit.de loca. §. poſtq̄ verſi. ſed quęritur.Inno.diffuſisſime in.c.propter ſterilitatē de loca. in verb.non ſoluiſſet & dicam inferius in quinto quæſito.

¶Caput Tertium.

1 Penſionum quatuor ſpecies, ac plures diſtinctiones, per tot. car.
2 Penſio licita quæ dicatur.
3 Penſio illicita quibus de cauſis dicatur.
4 Penſio an vacet ſi etiam penſionarius efficiatur miles vel vxoratus.
5 Layco coniugato an poſsit conferri beneficium.

1 QVantum Ad tertium quæſitum, vidẽ dum eſt, quot† ſunt ſpecies penſionis. Zab. in clem. quia regulares de ſupp. ne. ꝑla. in. v. quæſito, & ibidem Imo. dicunt ꝙ duæ ſunt ſpecies ex intentione
2 Laud. licita, † vt. xvi. q. i. poſſeſsiones. xii. q. ii. quicunque. de præbend. quamuis lib. ſexto. c. placuit. xxxii. diſtin. in. ii. glo. in fi. & c. ſiqui vero ea. di. xii. q. i. cap. quia tua fraternitas, & xvi. q. vi. c. illud, & hæc eſt illa, quæ inſtituta eſt ante conciliũ generale. c. prohibemus, de cenſi. & in. c. niſi de præben. vel quæ inſtituta eſt a fundatore ca. quanto, de cenſi. vel a papa. c. extirpandæ. § . fi. de præb.
3 ¶Illicita † vero dicit̃ quæ imponitur a prǽlato poſt. c. prohibemus de cenſi. & in dicta cle. quia regulares de ſupp. neg. præla. & tales vocantur nouę penſiones. de quibus fit mentio in tertia glo. dictæ clem. Et per Zab. ibidem in decimo quæſito, & remittit ad. c. ſignificauit. de cenſi. Et dicit Imol. ꝙ nouę penſiones dicuntur illæ quæ non fuerũt poſitæ tempore fundationis, vel quæ ſunt præſtitæ ſpatio. x. annorum vel quæ ſunt impoſitæ poſt. c. prohibemus, de cenſi. & in. c. conſuetudinem, de conſuetu. lib. ſexto. in glo. penulti. ¶Prohibetur vltra nouas penſiones, maſſaria, & iconomatus perpetuus ratione diffinitionis pẽſionis, quæ eſt ad tempus. Et addit Imol. in notabilibus cle. quia regulares. ꝙ iſta prohibentur regularibus, ꝙ penſiones nouas non imponant & impoſitas non augeant, & nouiter impoſitas nec exigant. ¶Vel poſſet aliter diſtingui, vltra intentionem Laudi. ꝙ ſpecies pẽſiones duæ ſunt alia licita vt in iuribus ſupra allegatis alia illicita. Et illicita iterũ duplex alia ex defectu iuriſdictiõis, quæ imponitur a prælato poſt cap. prohibemus, de cenſi. & in cle. quia regulares de ſupp.

31 a layco † nullum ius habenti in electione, ſed malitio, ſe impediente eam det aliquid vt ceſſet a tali impedimen to.vtrum ſit ſymonia.¶ Hác.q.formauit archi.prima quæ ſtione. iii.capitulo quæſitum. Et prima fronte videtur, ꝙ ſic de ſymo.de hoc vbi dicit domi, Anto .in vltimo no, tabili, ꝙ pecunia indebite ſoluta pro beneficio obti, nendo reſtituenda eſt eccleſiæ, de cuius præiudicio agi, tur, vt in glo, dicto capitulo vbi dicit abb.ſic.etiam in vl, timo notabili ꝙ Reges & Principes,& alii layci recipien, tes pecunias, vt conſentiant electioni, ſeu promotioni ad aliquam prælaturam tenentur illam reſtituere eccleſiæ de cuius prælatura agebatur.¶ Et ratio quia in ignominiam

Illius eccleſiæ pecunia data fuit, quæ in recompenſationẽ iniuriæ eidem eccleſiæ reſtituenda eſt, allegat regula peccatum, de reg. iur. Et inuenit contra confeſſores, qui principibus applaudunt, & addit ꝙ de eorum ſalute deſperandum eſt enim reſtituant. c. cum tu, de vſuris. ¶ Secũdo ad idem ar. ſic, quia vterqȝ habet voluntatẽ ſtudioſam, laycus vendendi, & clericus emendi. i. q. i. qui ſtudet. ii. q. iii. ſaluator. Archi. dicit contrarium eſſe verum, ſcilicet ꝙ nõ ſit ſymonia. dedit enim vt redimeret vexationẽ ſuam, quod eſt licitũ, vt dicitur in. c. quæſitũ. i. q. iii. & de ſymo. c. dilectus. ¶ Ray. vero dicit ꝙ in hac. q. dubitari poteſt, & ꝙ credit ſymoniam commiſſam, quia nondum ei erat ius acquiſitũ; & dicit ꝙ ſecus ſi eſſet ius quæſitum. Remittit tamẽ ad notata per ipſum. i. q. i. ſunt quidam, & per Inno. in. c. ad aures in fi. vbi videtur annuere huic opinioni, ſcilicet ſi ſum in poſſeſsione alicuius eccleſiæ poſſum dare clerico & layco ne expellar per violentiam, & ſine cognitione cauſæ, ſed ſi ſum extra poſſeſsionem eccleſiæ nullo modo eſt mihi licitum aliquid dare pro poſſeſsione recuperanda, quia tunc nõ tantum redimo vexationem, ſed etiã poſſeſsionẽ amiſſam recupero. ¶ In hac. q. diſtinguo, primo de prima & ſecunda intentione, vt notauit Hoſt. tit. de vſuris. §. i. Si prima intẽtio reſpiciat epiſcopatũ, aut defenſionẽ honoris & famę quod melius patet in ſecunda diſtinctione. ¶ Secũdo diſtinguo de modo dandi, aut quis dat pro futura electione, & tunc ſymoniacũ eſt, quia nondũ ius habet neqȝ poſſeſsionẽ, aut dat pro redemptione famę & iuris eligendi, actiuæ vel paſsiuæ/in quo eſt in poſſeſsione. Et dico ꝙ licite dat, quia eſt in illius poſſeſsione, & ius ſuum cuilibet
32 † redimere licet maxime ſi ſine cauſa, & falſo diffamatus eſt. Secus ſi vere, cuius gratia ſuſpenſus fuit, aut carceri mancipatus vel aliter publicæ condemnatus. ¶ Pro præcedentiũ declaratione & notitia redemptionis vexationis
33 notandum ꝙ ſiquis iuſte † vexatur non poterit pecunia vexationem redimere. ſecus iniuſte, vt dictum eſt ſuperius. Nam in. c quæſitũ. i. q. iii. quidam epiſcopi contulerãt quędã altaria cũ omni iure ſuo quibuſdã locis religioſis mortuis perſonis, ſeu mutatis clerici epiſcopi inſtituere nolebant ſine pecunia. dicitur ꝙ talis datio pecuniæ ſymoniaca eſt ar. xvi. q. ii. capitulo. i. Vnde. d. cap. quæſitum in.

glo.iii.dicit Io. ꝙ licet monachi ſingulis annis emerint ius inſtituendi. Et licet fuerit ſymonia ex parte epiſcoporum, non tamen fuit ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit redimebant quod licite facere potuerunt, vt dicitur. i.q.i. nullus, & ſic ſymonia poteſt eſſe ex vna parte, & nõ ex altera: ſicut fuit in Giezi & ꝓprie vocabitur giezia, vt nota. i.q.i. in ſumma. Simile in ſpõſalibus, quia poſſunt eſſe ex vna parte, & non ex altera de deſpon. impu. cap. de illis & plura ſimilia notãur. xxxii.q.v. propoſito & xxviii. q.ii. ſi infidis. Et talis contractus redemptionis vexationis, vna cum ſimilibus pro allegatis: habent hoc ſpeciale, quia videntur claudicare cum non ſint vltro citroq; obligatorii contra illud quod habetur in. l. labeo. ff. de verb. ſig. & ſic licet epiſcopi peccent recipiendo pecuniã, tamẽ monachi nõ peccabant dando vt. xxiii.q.i.c. quid culpatur. Et ratio quia monachi licite quæſierãt iſta altaria, vnde non habuerunt ea iure pręſcriptionis, ſed iuſta donatione, vt ibidem dicit Io. ¶ Ex ſupradictis patet reſponſio ad primũ quęſitũ ꝙ penſio nullo pacto poteſt redimi more vexationis, cum proprie non dicatur vexatio, ex quo ſic placet partibus & pontifici, & quia ſibi non competunt conditiones ex natura vexationis, neq; ex parte vexantis, neq; ex parte vexati. Ideo non poteſt redimi more vexationis. ¶ Reſtat nunc videre ſecundũ quęſitum ſcilicet ſi penſio poteſt redimi ab eo cui debetur penſio. ¶ Quãtum ad ſecundũ quæſitum,
34 an penſio † poſſit redimi ab eo cui debetur penſio. Et dicẽdum ꝙ non, quia redẽptio in beneficialibus, non permittiẽ niſi ratione vexationis. Nunc in pẽſione nulla vexatio eſt quia nihil fit præter ordinem iuris, ab habẽte iuriſdictionẽ neq; ratione naturæ vexationis: neque ex parte vexantis, neque ex parte vexati. ¶ Concluditur ergo ꝙ nullo pacto poterit redimi, pacto priuato. poteſt tamen redimi auctoritate pontificis, qui omnia poteſt, cũ ipſe ſit dominus omnium beneficiorum, vt dictum eſt ſupra in quarto quæſito, & no. xxv.q.ii. §. his ita. xi.q.i. ſi quis rapuerit. lxiii. diſt. Hadrianus, & per Ioan. an. de ſumma tri.c.i. & per archi. xii. di.c.i. Sed an iuſte faciat maxime in illis qui arte & induſtria acquirunt ſibi beneficia habentes fauores, & ſuper illis penſionem inducunt & permutant & barratant more cingulorum, ad me non ſpectat decidere, cõtra quos eſt

illud Ambroſii.xlvii.diſt.c.ſicut hi,ibi. Tu vero ſuſceptis dei muneribus & in ſinum tuum redactis,nil te reputas agere iniquum,ſi tam multorum uitæ ſubſidia ſolus obtineas.Quis enim tam iniuſtus,tam auarus,q̃ qui multorum alimenta ad ſuum nõ vſum,ſed habundantiam & delitias facit,& infra eſurientium panis eſt quem tu detines. Nudorum indumentum eſt,quod tu recludis.Miſerorum redemptio & abſolutio pecunia, quam tu in terra defodis. Tantorum ergo te ſcias inuadere bona, quantis te poſsis præſtare quod velis.Sed certum eſt ꝙ papa omnia poteſt & omnia ſibi licent.maxime in beneficiis.An vero expediant Santitas ſua habet iudicare,quia in ſinu ſuo & in ore ſuo colligit iudicium ſuum & iudicat cauſam ſuam. xxi. di.c.nunc autem.Ideo ipſe a nemine iudicatur & omnes iudicat.ii.q.v. mandatis tex.& glo. in.c.ſi papa.xl. diſtinct. & nemo poteſt ſibi dicere,cur hæc facis, quia eſt ſibi pro ratione voluntas.C.de legibus.l.digna vox.Ideo procedamus ad alia.

¶ Caput Septimum.

1 Beneficium eccleſiaſticum quotuplex, & nume. 12.& numero. 15.& numero. 21.

2 Laycus coniugatus non poteſt etiã de conſuetudine tenere beneficia ſolita teneri per clericos.

3 Matrimonium licet nulliter contrahens perdit beneficiũ, quod non recuperat licet diſſoluatur. 1

4 Gratia perempta non reuiuiſcitur.

5 Monaſterio ſe cum bonis offerens ſi ibi non profiteatur non amittit beneficia.

6 Senator Vrbis dicitur præſes.

7 Milites ſancti Ioãnis, & de Alcalatraua,& ſimilibus licet ſint layci tenent beneficia & profitentur.

8 Arma clericorum ſunt lacrimæ.

9 Clerici gaudent priuilegio militum, tamen non portant arma.

10 Mateſcalcus Vrbis habet iuriſdictionem ordinariam, & habet beneficium & idem de Soldano.

11 Officia Romanæ Curiæ dicuntur beneficia licet dentur laycis.

13 Beneficia quæ habent ordinem annexum qualia ſint.

14 Diſpenſatio vt fiat quæ requirātur.

16 Paupertas licet non reprobetur, mēdicitas tamen reprobatur per canones.

17 Columba eccleſiam denotat.

18 Veſtis nuptialis quid ſignificet.

19 Diuites ex ſeipſis non poſſunt petere beneficia.

20 Hypocriſis vitandæ cauſa fuit ſtatutum, vt clericis liceat poſſidere proprium.

22 Præbenda an veniat appellatione beneficii.

23 Reſcripta beneficialia ſunt ambitioſa ideo reſtringenda.

24 Penſionarius non dicitur habere titulum nec tenetur ad reſidentiam.

25 Penſio an veniat appellatiōe bñficii in literis bñficialibus.

26 Beneficiorum conferendorum in curia ſtilus.

QVantum Ad ſeptimum quæſitū, an poſsit pro officio vel beneficio permutari. ¶ Notandū circa iſtud ſeptimum quæſitum, ꝙ quatuor conſideranda ſunt. Et primo quia fit mentio de officio & beneficio. Ideo circa beneficium videbimus quatuor notanda. Secundo videbimus etiam quatuor notanda circa officium. Tertio colligetur ex his quando penſio erit officiū, & quando beneficium. Vltimo an pēſio poſsit pro officio permutari, vt principaliter petit quæſitū. ¶ Quantū ad primū. ſ. circa beneficiū, primo no-
1 tandū eſt ꝙ diſtinguendū eſt de bñficio † quoniā aliud eſt eccleſiaſticū & eſt perpetuū de ſui natura. lv. di. c. pręcepta. Et iſta duplicia ſunt, quia aliqua ſunt regularia, ſolita per religioſos gubernari, vt in. c. de monachis, de prębē. & cle. ne in agro. §. ad hæc, de ſta. mona. & cle. quia regulares de ſupp. ne. præla. & de ſta. mo. c. ii. §. priores, &. c. ex parte, & c. ad audientiā de capel. mo. & qui dicantur regulares. not. Hoſti. in ſumma de regul. ¶ Aliqua vero beneficia ſolita ſunt gubernari per clericos ſeculares, & talia nō poſſunt ſine diſpēſatione papę, gubernari per regulares, de pręb. c. cū de beneficio lib. vi. & dicūtur clerici ſeculares, vt not. in c. licet de offi. ordi. in verb. clericos ſeculares pro tāto, quia admodū laycorū, qui vere ſeculares dicuntur poſſunt propriū habere & inde facere, vt ibi dicit do. Anto. pro libito

voluntatis,ſecundum quod habetur de teſta.per totũ facit ad hoc.c.cũ ad noſtrã.de elect.& hoc nõ poteſt layco con-
2 iugato † conferri,& ſi conferatur collatio eſt ipſo iure nulla.c.diuerſis fallatiis,&.c.Ioannes de cleri.coniuga.& non valet conſuetudo in contrariũ,tanq̃ irrationalis,vt in.c.cũ decorem de vita & hone.cler.& appellatione beneficii cõprehenditur curatum & capitur beneficiũ largo modo, vt dicit Ioan.an.in capitulo dudum de præben.lib.ſexto,in verb. beneficia vbi ait,ꝙ extenditur ad beneficia cathedralium eccleſiarum. c, is cui, & cap. ſi tibi conceſſo de præben.libro ſexto, & capitu , ſi gratioſe de reſcirptis eodem libro,& in regula beneficium,de regulis iuris quod limita ſecundum dictum Inno.in capi.ſi.de præben. vbi ipſe ad
3 longum loquitur de materia, Immo beneficiatus † cõtrahens matrimonium quod non tenet, poſtea aliqua ratione diſſoluitur non recuperat beneficia ſua , vt nota. Ioan. an. in cap.i.de cleri.coniuga.& Spe.eodem titu.in fi.& eſt glo.in cle.gratiæ,in fi. in verb. reſignaueris de reſcriptis,
4 vbi dicitur ꝙ gratia † perempta non reuiuiſcit,licet res reuertatur circa primum ſtatum,& dicit ꝙ facit ad quæſtionem de clerico,qui contraxit matrimonium quod poſtea diſſoluitur per profeſsionem ſponſę non cognitę,vel quia reperitur cõſanguinea.de quo ſe ſcripſiſſe dicit, vt in cap.
5 primo de cle.cõiuga.Secus de † offerente ſe & ſua monaſterio regularium,ſi non profitetur non perdit eccleſiaſticum beneficiũ,quod obtinet,de ſucceſ. ab inteſta.c.ſi. facit cap.beneficium ,& quod ibi nota.de regul.iur.libro ſexto.
¶ Aliud eſt beneficium temporale & eſt in tertia differentia,quia aliud confertur ad tẽpus aliud quod cõfertur perpetuo.Et aliud quod mediat,quia aliqñ eſt eccleſiaſticum, aliqñ tẽporale ad inſtar tutorũ,& curatorũ,vt not.Spec.ti. de tutor . in. i.col.& probatur.C.de epi.audi.l.de creationibus & in cle.contingit. §.vt autẽ de reli.do.ibi ſecularibus clericis in beneficium non conferatur,quia talia bene-
6 ficia clericis non conferuntur.Similes ſunt præſides † ciuitatum,vt Senator Vrbis,de elec.c.fundamenta libro ſexto rectores vniuerſitatum,xenodochiorum , leproſariorum, elemoſinariorum & hoſpitalium rectores,vt dicta cle.contingit de reli. do. facit cle. quia regulares de ſupp. neg. prælato. in verb. committere. Et talia ſecularia beneficia

vocatur proprius officia q̃ beneficia, quod tangere videtur domi. Anto. in capit. auaritiæ in fi. de præbend. vbi dicit ꝙ eſt eccleſia, quæ cauſa priuatę vtilitatis non conceditur, cuius bona ſunt pauperum. ¶ Aliud beneficium eſt tem-
7 porale, quod confertur perpetuo ſecularibus. † puta mili-tibus ſancti Ioannis, & ſunt meri layci, promittunt & pro-fitentur regulam beati Auguſtini, quibus ſubſunt curatę eccleſiæ, & ſacerdotes habentes iuriſdictionem, vt in cap. canonica. de ſen. excom. Similia ſunt beneficia illorum de calatraua de militia ſancti Iacobi, aut de cartaro & prute-ni. ordinis ſanctæ Mariæ, & ſimilium pugnantium pro fi de & talia beneficia clericis non conferuntur, quia offici-um ipſorum, propter quod datur tale beneficium ſcilicet pugnare contradicit ordini clericali, quia licet profiteantur regulam & vota ſubſtantialia profitentur etiam armatam
8 militiam. Et licet clerici ſunt † milites Ieſu Chriſti, arma: tamen ipſorum ſunt lacrimæ, caſtra eccleſiæ. i. q. iii. c. ſalua tor in glo. milites ſeculi, & ſicut milites ſeculi habẽt ſtipẽ-dium a domino temporali. Ita milites Chriſti debẽt habe re ſtipendium ab eccleſia, vt dicit abb. ſic. in. c. epiſcopus de præben. in primo notabili. Et dicit ꝙ clerici gaudẽt pri uilegio militum allegat glo. in. l. miles. ff. de re iudi. Id idẽ dicit do. Anto. in. c. epiſcopus in vltimo notabili, ꝙ cleri-
9 cus † dicitur miles, quia vtitur priuilegio militari, nõ tamẽ eis licet geſtare arma. Et clerici arma portantes excommu nicantur, vt in. c. clerici, de vita & honeſta. cleri. &. xxiii. q. vlti. capitu. quicumque, &. c. clerici & de voto, c. ex mul-cta. &. c. ꝙ ſuper & ſi tertio commoniti, non deſtiterint perdunt priuilegium illius canonis. xvii. q. quarta, ſiquis ſuadente, & de ſenten. excom. in audientia, &. c. contingit. ¶ Talia multa ſunt beneficia in curia Romana, quæ tan-
10 tum laycis conferuntur, vt mareſcalcus † qui habet ordi-nariam in curia Rom. vt refert Ioan. an. in clemen. ne Ro mani in glo. expirare, & aſſerit Spec. id tenuiſſe in ſpecu. Similiter cuſtos ſacri hoſpitii. Soldanus, ſeruientes armo-rum. Magiſtri Cere & bullatores, qui profitentur omnimo dam ignorantiam literarum, quæ mater eſt cunctorum er-rorum. xxxviii. diſtinct. capitu. ignorantia. Similiter Bali-uus epiſcopi qui habet temporalem iuriſdictionem, vt in capitulo epiſcopus, ne cleric. vel monach. libro ſexto.

¶ Eſt &

¶ Eſt & aliud beneficium, quod aliqñ eſt eccleſiaſticum,
aliqñ temporale, ideſt aliqñ confertur ſeculari, aliqñ cleri-
co ſcilicet penſio, quæ confertur clerico in.c. poſtulaſti, &
c. ad audientiam de reſcriptis vt infra dicam. Et ſunt maſ-
ſaria & iconomatus. Maxime quæ non ſunt perpetui & ſi
milia quæ dantur laycis, vt. xvi. q. i. c. poſſeſsiones facit. c.
conſuetudinem, de conſue. libro ſexto, in glo. & ſimilia,
quæ dantur potius pro officio q̄ ꝓ bñficio, vt no. Zaba. in
clemen. quia regulares de ſupp. neg præla. in. viii. quæſi-
11 to. † Et ſimilia multa ſunt in Cu. Romæ, ſicut ſunt officiũ
ſcriptoriæ procurationis aduocationis, ſollicitationis, of-
ficium magiſtrorum plumbi &. in regiſtris & curſorum
& ſimilium, quæ indifferenter laycis & clericis conceduu
tur potius in officium, q̄ beneficium, quia ſeruitoria ſunt.
¶ Secundo notandum ꝙ beneficia eccleſiaſtica ſunt in tri
plici differentia ut dicit do. Anto. in. c. maioribus de præ-
12 ben. ex intentione Io. an. in primo quæſito ſcilicet † maio
ra, media & minima, vel maxima media & minima. ¶ Ma
xima ſunt epiſcopatus, quæ immutabilia ſunt, niſi papæ
auctoritate de offi. lega. c. ꝙ tranſlationem. ¶ Media ſunt
dignitates & perſonatus, vt in. c. cum in illis. §. illius vero
de præben. lib. ſexto, & c. fi. de conceſs. præben. eodem li-
bro. ¶ Infima & minima ſunt, de quibus de præben. ſuper
inordinata, &. c. finali ſecundum Hoſtien. facit. c. ſi pro cle
ricis eo titulo lib. vi. in quo per Ioan. an. in glo. i. vbi po-
nit quatuor quæ requiruntur in promouendo ad huiuſ-
modi beneficia ſcilicet ætas ſcientia mores, & ordo, vt in
c. licet canon. & . c. de multa. de præben. Et quæ ſint be
13 neficia † quæ habent ordinem annexum & quæ non no.
in. c. licet canon. de elec. &. c. commiſſa. libro ſexto, & in
clem. vt hi qui. de æta. & qualita. & in. c. cum in illis de præ
ben. li. vi. ¶ Vnde ſiquis patiatur defectum ætatis vel alte-
rius, non poteſt habere beneficium requirens illum ordi-
nem antequam ueniat ad ætatem legitimam glo. in cap. ei
cui de præben. libro ſexto, & in cle. fi. de æta. & qualita. fa
cit. c. ſi eo tempore de reſcrip. lib. vi. & de præben. c. ſuper
inordinata Innocen. in. c. ex ratione de æta. & quali. vnde
dicit Io. mo. in cap. ſi annum de iudi. libro ſexto, ꝙ ſi mi-
nor infante diſpenſetur ad beneficium, cum ante non de-
beat tonſorari, vt de tempo. ordi. c. nullo lib. vi. Et non cle

rico,non debet conferri beneficium de reſcrip.cū adeo &
de tranſact.capitu. ex literis. Et addit ꝙ ſi ſecus fiat eſt diſ-
14 ſipatio & † non diſpenſatio,quæ fieri debet ob neceſsita-
tem vrgentem vel vtilitat. m euidentem beneficii & non
beneficiati, vt eius crumena repleatur. ¶ Item. quicquid
agetur circa iſta tria genera beneficii dicetur cauſa bene-
ficialis, & nota.in clemen.diſpendioſam,de iudi.in verb.
beneficiis vbi proceditur ſimpliciter & de plano ſecundū
formam cle.ſæpe de verb. ſignifi. Et ſimiliter cauſa quæ a-
gitur ſuper fructibus dicitur beneficialis,vt not. Ioan.an. 13
in.c.ſi annum de iudi. libro ſexto,&.c. vno de eo. qui mit.
in poſ. lib.ſexto,in verb.beneficio vbi dicitur ꝙ intelligi
tur de quocunꝗ.allegat de præben. maioribus, vbi dicit
Hoſtié.ꝙ intelligitur de maximo,medio,& minimo,quia
eadem ratio in ſimilibus ca.inter corporalia, cum ſimi. de
tranſla. prælat. ¶ Item notandum tertio ꝙ beneficiorum
15 eccleſiaſticorum † aliud eſt ſufficiens, aliud inſufficiens, 14
aliud eſt medium,quia aliquando eſt ſufficiens, aliquan-
do non,aliquando plusꝗ ſufficiens &c.¶ Sufficiens bene-
ficium dicitur vt not. de præben.c. de monachis.ſ.ꝙ poſ-
ſit tria onera ſupportare.Primo hoſpitalitatem tenere.xlii.
di. §.i.lxxxv.di. Florentinum,vbi reprehenditur quidam
archi. qui nunquam admiſerat ad menſam ſuam amicos,
quia quicquid habent clerici pauperum eſt dom us illorū
debent eſſe communes,xvi.q.i.ca. ſi. Secundo epiſcopalia
iura perſoluere. Tertio congruam ſubſtentationem ha-
bere facit.xxi.q.i. capitu.i. & cap.is cui.de præbend. libro
ſexto in verb. ſufficiens,&.c. ſicut nobis de ſupp.neg. præ
la. vbi iſta tria enumerantur, &.c. conquerente de cleric. 3
non reſiden. in verb. ſufficientia,& de reſcri.cum adeo in
verb.ſufficientem facit.c. extirpandæ de præben. in verb.
ſufficiens aſsignetur, &. c. primo de inſti. ¶ Inſufficiens
vero dicitur, quando non poteſt iſta tria genera ſupporta-
re, vt in iuribus ſupra allegatis.¶ Beneficium medium eſt
penſio, quæ aliquando ſufficit, quia ſicut dicitur perpe-
tua vicaria, ſimile in penſione,vt nota. in cap. poſtulaſti
de reſcriptis,quia non dicitur carere beneficio, cui com-
petenter de penſionis prouentibus eſt prouiſum. Sed ali
quando eſt ita exilis & parua, ꝙ non ſufficit competenter
ad vitam vnius,& clericus compelleretur mendicare, ſi ſi-

16 bi non prouideretur aliunde. & † licet paupertas non re-
probetur,ſed bene mendicitas,de reli. domi, cap. i. libro
ſexto maxime in clericis de renun. c. ad ſupplicationem
glo.ii. xciii. diſtinct. diaconi de præben. cum ſecundum.
¶ Aliquando vero penſio pluſquam expediat ſufficit, vt
quando tranſcenditcentum mille & duo milia,& quando
duplicatur,vt decem & duodecim penſiones. & vltra eti-
am in metropoliticis eccleſiis & cathedralibus illorum ma
ximequorum inſatiabilis eſt & inexpleta voluptas ,velu-
ti ſaccus pertuſus ſine fundo: vt dicit Gregorius,de quo
aliude exit, quod aliunde mittitur de pœni. diſtinct. i. §.
de pertuſo. Hæc ſunt beluę maximę & cetæ grandia,quę
modico non contentantur. Iuxta illud poetæ. Multa pa-
ſcendum carne Leonem iam domitum. Hii viuentem
Ionam prophetam deglutiunt , vt dicit Hieronymus. Io-
nas colūba pulcherrima interpretatur naufragio ſuo paſ-
17 ſionē domini prę̨figurans colūba † pulcherrima eſt mater
eccleſia,vt not. in.c. legitur. xxiiii.q.i.de ſumma trini. & fi.
catho. c.dānamus. §.verum vnitatem,ibi. Vna eſt colum
ba mea,perfecta mea,& dixi in proæmio huius operis. Vi
uus Ionas deuoratur, quandocunque penſiones & bene-
ficia eccleſiaſtica,quæ ſunt bona columbæ & paſsionem
domini prę̨figurant,in cuius ſanguine ſunt fundata,a cetis
& beluis vltra ſufficientem neceſsitatem,ſcilicet a palantis
& prælatis maximis more Ionæ deuorantur, & triduo ex-
clamat,& orat Ionas ad dominū deum ſuū de ventre ce-
ti, quod eſurientium panis eſt.quem tu detines,quadrage-
ſimaſeptima diſt.cap.ſicut hi & bona columbæ ſunt tribu
ta pauperum & egentium animarū decimaſexta. q. prima
decimæ, & talibus vt prohibet fides Chriſtiana dominus
imperabit,vt viuentem Ionam in arrida euomant in die
iudicii,quando illud omnibus intonabit. Redde rationē
villicationis tuæ. Et licet ſacerdoti de altari viuere permit
tatur ,vt in capitulo extirpandæ,& cap.cum ſecundum de
præbē. xii.q.i.ex his.xiiii.q.i.c.epiſcopus. §.his ita.xvi.q.i.
doctos,non tamē luxuriari permittitur,quia ſunt nōnulli
qui nunq̄ beneficiis ſatiātur,vt not.prouerb.xxx. ſicut in-
fernus,& terra,quę nunq̄ ſatiatur aqua, & ignis,qui nunq̄
dicit ſufficit. In his ergo quę ſunt Ieſu Chriſti voluntas ve
ſtienda eſt velamine rationis, quia accedēs inuitatus ad cō

uluium magni regis vbi licet edere & epulari non deuo-
18 rari veſtis † nuptialis ideſt rationis & diſcretionis & ho-
neſtatis deferrenda eſt ne eiciatur extra conuiuium in te-
nebras exteriores. ¶ Quomodo in præſenti materia an
19 habens ſufficiens † patrimonium ad quod petit ſe ordi-
nari ſecundum formam.c. tuis de præben. poſſit petere
beneficium eccleſiaſticum ſine peccato. Et videtur ꝙ non
quia tales petendo committit ſacrilegium & iudicium ſibi
manducant & bibunt vt eſt tex. & glo.i.q.ii.c. clericos &
xii.q.i.c. ex his & .c. illi autem & quod nota. Innocen. in
c. quoniam enormis ne præla.ui. ſu. facit .xvi.q.i.c.fi. vbi
dicitur qui autem bonis parentum & opibus ſubſtentari
poſſunt quicquid pauperibus accipiunt ſacrilegium pro-
fecto incurrunt & committunt & per abuſionem talium
iudicium ſibi manducant & bibunt. ¶ Hanc.q. ad longũ
tetigit abb. ſic.c. epiſcopus de præben. & ſe remittit ad re
petitio ſuam & dat multa documenta de inſtitutione be-
neficiorum in primitiua eccleſia & conſequenter & dicit
ſe diſputaſſe hunc articulum quod incipit clerico totius &
poſuiſſe quatuor opi. ex intentione glo. xii.q.i.c. illi autẽ
in vltima glo.i.q.i.c.fi. Et addit eſſe aduertẽdum ꝙ in hoc
iura vario modo loquuntur ſcilicet ꝙ clericus peccet te-
nendo beneficium & patrimonium. Quidam vero ꝙ po
teſt tenere patrimonium ſed non debet viuere de redditi-
bus beneficii. Quædam vero iura ſimul permittunt cleri
co viuere de bonis beneficii. Et dicit videndum eſſe in di-
cta diſputatione & addit ꝙ in primitiua eccleſia nefas
erat habere aliquid proprium vnde quiſq; conuerſus ven
debat ſua & ponebat pretium ante pedes apoſtolorum vt
leg. actuum.x. & nota.i.q.ii. in prin. de Anania & Saphira
qui mentiti ſunt ſpirituiſancto & terra eos obſorbit vt ibi
dem dicitur & no. etiam .xii.q.i.c. videntes & dicit ꝙ poſt
modum fideles frigeſcente illo feruore fidei chriſtianæ in
ceperunt poſſidere ꝓpria & clerici occulte poſſidebant &
20 vt euitaretur hypocriſis fuit † ſtatutum vt quiſq; clericus
poſſit poſſidere proprium & ſubiungit ꝙ hodie beneficia
ſũt data principaliter pro clericis de con.di.i.c. nemo nec
ſit horrendum ꝙ clericus poſſidebat bona propria & ad-
dit ꝙ emanarunt alia iura nouiſſima quæ volunt vt cleri
ci licitæ poſſint viuere de redditibus eccleſiæ ex quo ſer-

uit beneficio vnde pondera.c.fi.i.q.ii.vbi datur clerico ſtipendium non propter indigentiam ſed propter ſeruitium non enim ſuo patrimonio militare tenetur & remittit ſe ad ſuam diſputationem vbi multa ſe aſſerit dixiſſe. Et addit ꝙ hodie clericus ſecularis viuit de fructibus beneficii & ſeruat patrimonium ſuis hæredibus. ¶ Poſſet etiam aliter reſponderi ꝙ ſi quis facit ſe ordinari ad ſufficientem titulum patrimonii quod nõ eſt diminutum & perſonæ cõditio aucta non eſt videtur ambire petendo beneficium vt in.c. q̃uis pleniſsime de præben.li.vi. vbi Dominicus allegat duplicem rationem quare huiuſmodi literę dicantur ambitioſę in primo quæſito. Secus ſi conditio perſonę fuerit aucta puta ꝙ ſit factus doctor, vel perſona ſublimis & ꝙ poſſit eligi ad maiora & non peccat maxime vocatus & ſi eum ſeruire & militare oporteat & tunc non inconuenit ꝙ ex ſua militia ſtipendia ſumat vt not. in.c. epiſcopus de præben. ¶ Idem dico ſi ſit diminutum patrimonium ſuccedente tempore vel factum fuerit inſufficiens, ꝙ tunc poterit petere ab illo qui habet diſpenſare pro ſufficientibus alimentis ne egeat.lxxxvii. di. capitu. diuine. ¶ Item quarto notandum ſecundum Io. an. in regula beneficium de reg. iur. ꝙ beneficium aliq̃n ſumitur largo
21 modo vt beneficium comprehendat † dignitates & perſonatus & eccleſias omnes cum cura & ſine cura quæ habentur cum titulo.i.q.iii. ſiquis dator. vbi appellatiõe bñ
22 ficii † venit præbenda & de conceſ. prębẽ.c.nulla.i.q.iii. c. finali de verb. ſigni. tua nobis.ff.de ſer. expor.l. ſeruus. ¶ Aliq̃n ſumitur ſtricte vt diſtinguatur a præbendis .xii. q.ii. alienationes de conceſ.præb.c. ex parte etiam alibi ſtricte ſumit̃ pro ſolis ſimplicibus beneficiis ſine cura de præb.c. vlti. & eo. ti.c.cum in illis libro.vi. Et ad hunc ſenſum loquitur domi. Anto.in.c.fi.de præb.in ſecũdo quæſito ꝙ appellatione beneficii ſtricte loquendo non comprehenditur præbenda niſi aliud ſuadeant circunſtantiæ & operẽtur vel aliud ſit dictum. Et vide quod ibi nota. ¶ Vel aliter habet hic materia declarari ſub aliis verbis ꝙ beneficium poteſt dupliciter accipi .ſ. large q̃tum ad denominationem & ſic quicquid prouenit ex militia clericali & quicquid ſit illud vel quocunq; nomine cenſeat̃ vt dr̃ in.c.fi de cõceſ.præb.in prin.& in.c.conſuetudinẽ de conſue.li.vi.

etiã ſi fuerit maſſaria & iconomatus perpetuus, quæ tant laycis conceduntur, vt nota. dicto capitu. conſuetudinem de conſuetudi. libro ſexto. veniunt appellatione beneficii, quæ potius dicuntur officia q̃ beneficia. ¶ Alio modo poteſt conſiderari beneficium, quantũ ad conceſsionẽ & inſtitutionem, & ſic limitanda ſunt verba conceſsionis &
23 inſtitutionis ſtricte, quia reſcripta † beneficialia tanquam ambitioſa ſunt reſtringenda. Innocen. in capitu. cum noſtris de conceſs. præben. tex. de præbend. quamuis libro ſexto Ioan. and. in capitulo ſuſceptum de reſcriptis eodẽ libro, & hoc eſt quod dicitur in cap. quamuis pleniſsime de præbẽ. li. vi. ꝙ ſi ei cui ad certam ſummã prouidere mãdatur, non in penſione, ſed in beneficiis eccleſiaſticis prouidetur. Ideo dicit Ioan. and. in nouella ꝙ hoc mandat papa prouideri de beneficiis per quæ quis intitulatur & obligatur eccleſiæ ſuæ, & tenetur ad continuam reſidentiam, de cleri. non reſi. capitu. fina. ¶ Et ſic nota. ꝙ in tali beneficio duæ ſunt cauſæ, quid, & propter quid. Quid in beneficio dicitur inſtitutio ſine qua non confertur beneficium vt in regula beneficium de regu. iur. libro ſexto, & eſt illa quæ eſt iuris vel tituli collatio, & de iure ſpectat ad epiſcopum de inſtitu. ex frequentibus de offi. archi. cum ſatis, ſed illa quæ ſumitur pro inueſtitura, vel promiſsione in poſſeſsionem ſpectat ad archi. de iure communi de exceſ. præla. ad hoc de offi. archi. vt noſtrum, & quod nota. Ioan. and. in regula prima de regu. iuris libro ſexto. ¶ Cauſa propter quid in beneficio eſt officium quod præſupponit reſidentiam vt not. in. c. fi. de conſuetu. vbi dicitur quod propter officium datur beneficium. Ideo nota. in. c. ii. de cleri. non reſiden. ꝙ anaſtaſius presbyter cardinalis tituli. s. Marcelli ab omnibus canonicæ eſt depoſitus eo ꝙ parrochiã ſuam per annos. v. contra canonum inſti-
24 tuta deſeruit. ¶ Sed per penſionem † aliquãdo non intulatur, nec ad reſidentiam tenetur. xvi. q. i. poſſeſsiones, ii. q. vi. illud. Et ratio quia poſſunt layco concedi, vt in iuribus ſupra allegatis. Idem dicit Dominicus in. c. quãuis de præben. lib. vi. in vlti. notabili ꝙ appellatione beneficii, nõ
25 cõprehenduntur pẽſiones † in literis beneficialibus. Et ex hoc patet ꝙ verbũ beneficii in talibus literis poſitum comprehendat beneficiũ eccleſiaſticũ, quod datur in titulũ ha-

bens ius ſpeciale non autem illud quod conſiſtit in ſola tē-
poralitate, & aliquando conceditur perſonæ ad tēpus pro
annuali ſeruitio, vt not. do. Anto. in cap. auaritiæ de præ-
ben. in glo. & in penulti. nota. facit. x. q. ii. c. hoc ius porre-
ctum. ¶ Aliquādo vero in perpetuū, vt in glo. c. poſſeſsio-
nes. xvi. q. i. & tunc datur in titulum facit cle. quoniā de vi.
& hone. cleri. §. certū in verb. quodcūq; beneficiū vbi dicit
Ioan. an. ꝙ penſio quandoq; datur in titulum remittit ad.
c. poſtulaſti de reſcriptis. Ex quibus verbis Ioan. and. notā-
dū, ꝙ penſio aliquādo datur in titulū & eſt beneficiū, & ali-
quādo in officiū & non eſt beneficiū. ¶ Et ſtilus vel forma
26 † cōferendi beneficia in curia duplex eſt, quia aut papa cō
fert, aut mandat conferri glo. in. c. ſi ſoli de conceſſ. præbē.
lib. ſexto, & in cle. i. eodem titulo, & ex ſola beneficii colla-
tione, ſine traditione poſſeſsionis quæritur ius in re, vt no.
Ioan. an. in. c. præſenti de offi. ordi. libro. vi. ¶ Ex his dictis
colligitur, & poſſunt poni. v. cōcluſiones diſputabiles.
¶ Prima ꝙ penſio eſt beneficium eccleſiaſticū, quod limi-
ta. vt habet in primo notādo in fi. & eſt qñ cōſtituit ſup bñ
ficio. ¶ Scda cōcluſio ꝙ pēſio eſt officiū. ſ. qñ dat ꝑ pſtādo
obſequiū vt etiā habet ex primo notādo, & cōſequēter ali-
qñ dicit bñficiū eccleſiaſticū, aliqñ vero bñficiū ſeculare, vt
ibidē. ¶ Tertia cōcluſio ꝙ pēſio aliqñ eſt de maioribus bñ-
ficiis, aliqñ de mediis, aliqñ de minimis. ſ. ſm naturā bñficii
cui imponit, vt apparet in. ii. notabi. ¶ Quarta cōcluſio ꝙ
pēſio eſt, aliqñ ſufficiēs bñficiū, aliqñ inſufficiēs, aliqñ pluſq̄
ſufficiēs. ſ. qñ trāſcēdit numerū, vt apparet in tertio notabi
li. ¶ Quinta cōcluſio, ꝙ licet pēſio ſit beneficiū quo ad de-
nominationē, & titulū, nō tamē venit appellatione bñficii.

1 Officium qualiter ſumatur in beneficialibus, ac extra beneficialia in iure.
2 Vxor ſiquid acquirit conſtante matrimonio, etiam ſua induſtria præſumitur acquiſiſſe de bonis viri.
3 Matrimonium, quare appelletur matrimonium & non patrimonium.
4 Mulier tenetur viro ad multa vltra copulam.
5 Horę canonicę dñt dici a cl'icis de iure poſitiuo nō diuino.
6 Officiū qualiter dici debat, & q excuſent pp occupatiōes.
7 Clericus ſimplex an teneatur dicere officium.

8 Eccleſia licet pauperrima debet officiari ab habente eam in titulum & imputet ſibi qui ad eam fecit ſe promoueri.

9 Penſio an ſit officium.

1 Poſtq̄ viſum eſt de beneficio. Videndum eſt de † officio qualiter ſumatur. Circa hanc ſecundam partem in præſenti materia. Notandum primo ꝙ officium capitur quatrupliciter. Et primo capitur officium, pro bñfi. vt no in.c.conſuetudinem de conſuetu.lib.vi.vbi dicitur, cum vnū officium quis vix digne valeat adimplere.ideſt vnico beneficio deſeruire & intelligitur de officio perpetuo, vt ibi dicit glo.i.dignitate cum perſonatu vel præpoſitura vel adminiſtratore, vel officio perpetuo cū prębenda. Et vt dictum eſt ſuperius de materia, vide archi.in. c.i. de conſuetu.lib.vi. vbi ponit quid eſt epiſcopatus prioratus, perſonatus dignitas & quot modis ſumatur, & iſta dicunt maiora beneficia, vt in.c.maioribus de præben. Et capitur officium pro officio eccleſiaſtico, vt dicit glo.in clemen.vt profeſſores. §.ad prioratus de regula.in verbo officia, ſcilicet quæ eccleſiaſtica ſunt vt ſacriſta, cellerarius, camerarius, caſtaldus, iconomus. ſindicus, & his ſimiles. Idem dicit glo. in cle.prima de decimis in verb. ab officiis, vbi dicitur vt eſt ſacriſta, camerarius, cellerarius, elemoſinarius, vel his ſimiles. Et hoc eſt quod dicit archi. in cap.i. de conſuetu.ꝙ officium aliquando ſumitur pro dignitate & perſonatu, vt patet quod legitur & nota. de præben.ad hoc de cleri.non reſiden.quia de conceſs.præben. cap.ii.§.primo prima.q.iii.c.ſiquis epiſcopus Et ſic plebania dicitur officium de ſtatu mona.c.ꝙ dei timorem.i. Regū. ¶ Item his qui habet aliquem recipere in monachum dicitur habere officium, & etiam abbas, vt patet de ſta.mona.c. monachi. Et presbyter dicitur habere officium de app.conſtitu.ii. in prin.& ſic dicitur ꝙ deus reſpicit officia ſacerdotis, non miniſtrata.i.q.i.c.cum ſcriptura. ¶ Item prædicatores, vt d.c.ꝙ dei timorem iuxta finem ibi officium ſi commode fieri poterit. ¶ Secundo capitur aliqñ officium pro pietate, vt dicit cap. ſi ad ſacras.ix.diſtinct. in glo. quæ dicit, ꝙ officioſa dicuntur, quæ continent pietatē, quæ nullis obſunt & alicui proſunt, ſicut inofficioſum dicitur teſtamentum quod eſt contra officium pietatis de quo.xxii.q.ii.c.

primum

primum &c.c. ne quis arbitretur. Et ſic officium appellatur pietas quam debet filius patri.ff. ad treb.l.cogi.§.ſi pater. ¶ Officium eſt etiam quod præſtat tutor, vel curator in rebus pupilli & adulti vt in .l.i. in fi.ff. de admi.tu. Et etiam illa pietas quam debet hō homini & proximo ſuo C.de epi.& cle.l.iubemus & ad hunc intellectum Cicero ſcripſit librum de officiis. Et ſic officere idem eſt quod nocere & lædere pietatem de elec.c.nihil.xii.di.c.illud te breuiter in verb. non officiante inſti.de ingenu.in fi. ¶ Tertio aliquando ſumitur officium pro ſeruitio temporali puta quod debet libertus patrono .C.de nego.ge.l. officio maxime non abſoluti ab obſequio patronorum ꝙ non poſſunt etiam ad ordines promoueri .liiii.di.c.multos.§. ecce quomodo &.c. prohibendum & ſi ſuperbiat contra patronum vt ingratus redigendus eſt in ſeruitutem.xii.q.ii.octaua. Et hoc eſt illud officium vel ſeruitium temporale ꝙ libertus per inſtrumētū promittit eccleſiæ ꝙ nunq̄ recedet a ſeruitio eccleſiæ.xii.q.ii.longinquitatem quia libertus debet domino operas obſequiales inſti. de libertinis.§. libertinorum in glo.libertinus. ¶ Tale obſequiū etiam eſt ꝙ præſtat vxor marito ſuo vt.ff.de operis liberto.l. ſicut patronus & ratio quia vxor eſt in potāte viri.ff. de ſeruo corrup.l.vt tantum.§.i.Et hinc eſt ꝙ ea quę vxor
2 † acquirit conſtante matrimonio præſumuntur acquiſita de bonis mariti vt in.l. quintus.ff.de donati. inter ui.& vx.de reſti.in inte.c. conſtitutus etiam ſi eſſent acquiſita ex induſtria vxoris ſm Inno. ī.c. cū in officiis in magna glo.& ī.c.ii.de donat. īter ui.& ux.ī glo.ſi.& rō quia licet vxor ē pars corporis viri.l. di. ſtudeat.xxxiii.q.ii.admonere tñ vir drẽ vxoris dñs.xxxiii.q.v.hęc ymago&.c. cū caput
3 Et † rōe ſeruitutis vel officii matrimoniū appellaē potius a mrẽ q̄ a patre vt.xxvii.q.i. in ſūma & per Inno.in.c.iuuenis de ſponſ. Et q̄tū ad hoc deterior dicit eſſe cōditio mulieris q̄ viri vt notauit Specu. titulo de procura.§.i. circa prin. vbi ponit.xxxii. caſus in quibus eſt deterior &.xi. in quibus eſt melior &.xiii. in quibus ad paria iudicatur.
4 Nam mulier † tenetur viro ad alia ſeruitia præter copulā ſ. ad mutuum auxilium & obſequium impendendum qa matrimonium eſt legitimum auxilium & obſequiū.xxvii. q.i.nuptiarum & eſt glo.ſi. in.c.quidam de conuerſio.

coniug. vbi vir profeſſus in monaſterio compellitur exi-
re & vxori neceſsitati præſtare obſequia, hoc eſt quod
Adam dixit Deo. Mulier quam dediſti mihi ſociam de-
dit mihi, & comedi facit capitu. i. de coniug. lepro. vbi
mandatur ꝙ vxores viros, & viri vxores, qui lepræ mor-
bum incurrunt ſequantur & eis coniugali affectione mi-
niſtrent. Et ſi non faciunt aſtringuntur ad hoc vinculo
excommunicationis, vt ibi dicitur, & in capitulo tranſ-
miſſa de eo, qui cogno. conſan. vxo. ſuæ, ibi neceſſaria
ſubminiſtrans. ¶ Quarto aliquando officium capi-
tur pro obſequio & ſeruitio ſpirituali, & dicitur diuinum
officium, quod exhibet Sacerdos in eccleſia dei & alias di-
citur penſum ſeruitutis, vt in capitulo primo de cele. miſ.
vbi Abbas ſicu. dicit in ſecundo notabili eiuſdem ca. ibi ad
penſum, ꝙ ſicut vaſallus tenetur domino ſoluere tributũ
& ſeruitiũ ſic clericus tenetur ſoluere hãc ſeruitutẽ dño. ſ.
in dicendis horis canonicis, & dicit ꝙ exponitur penſum. i.
quantitatẽ vel debitũ. Et idẽ verbũ ponitur. iiii. di. c. deniq;
ibi ad penſum ſacrę inſtitutionis adiiciant, &. xci. diſti. ca.
presbyter ibi penſum ſeruitutis dicitur aliquando pẽſum
id quod ſibi videtur ex militia clericali. ſ. ſtipendia. c. ep̄s,
de præben. vt ſunt quotidianæ diſtributiones ſimilia ma-
nualia, quæ dãtur ad penſum, i. ad mẽſurã intereſſentibus,
vt in. c. cũ olim tibi de verb. ſigni. de ele. non reſi. c. i. lib. vi.
cle. quia regulares de ſupp. ne. p̄la. Et dicimus ꝙ talẽ volũ
tariũ militẽ amat Chriſtus. xv. q. i. non eſt, & Propheta vo
luntarie ſacrificabo tibi. Addit abb. ſic. in verb. ſepties eiuſ
dem. c. i. quod cele. miſ. ꝙ clericus tenetur de † iure diuino
ad ſeptẽ horas canonicas, ſed nõ ſunt de iure diuino, iſtæ
horę determinatę, vt ibi determinat Hoſt. vnde officiũ, ſeu
determinatio & diſtinctio officii eſt de iure poſitiuo, ſed
ſepties laudare in die eſt de iure diuino. Et addit do. An-
to. in primo notabili. d. cap. ꝙ tales horæ ſunt dicendæ cõ
gruo tempore. Et a dicendo alio tempore quis non excu-
ſatur niſi ſubſit impedimentũ, de quo in. c. presbyter. xci.
di. & ibi habetur horarum diſtinctio. & in primo quæſito
d. c. primi refert Ioan. an. rationem reddentẽ, de numero
ſeptenario, & addidit metra.

In matutino damnatur tempore Chriſtus.
Quando reſurrexit primam canit ordo fidelis.

Tertia cum canitur, tunc eſt cruciamina paſſus,
Sexta ſunt tenebræ, per mundi climata factæ.
Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora,
Veſperæ clauduntur, Chriſti ſacra membra ſepulchro,
Chriſto biſſena, cuſtodia ponitur hora,

6 ¶ Et talia † diuina officia, dici debēt cū diligētia: explicite, & intelligibiliter, vt dicit Goffre. co. ti. in fi. non cum ſinco pa, vt infra eo. titu. dolentes, quia melior eſt paucorū pſalmorum decantatio, cum cordis puritate, ac ſerenitate, ac ſpirituali hilaritate, q̃ pſalmorum modulatio, cum anxietate cordis atque triſtitia, de conſecr. diſtinct. v. non mediocriter. Et in his rectores eccleſiarum, vnum eundemque modum teneant, ꝙ in metropolitica ſede nouerint inſtitutum, nec in aliqua diuerſitate cuiuſque ordinis vel officii ſe diſiungi patiantur vndecima diſtinct. de his de conſecra. diſtinct. ſecunda in omnibus, & diſtinc. v. conuenit. ¶ Eximit tamen do. Anto. ex intentione Alani. Cardinales qui propter multas occupationes habent, vt ſimul vſq; ad ſextam, & quandoq; vſq; ad nonā, dicant horas incluſiue, quia melius eſt præuenire, q̃ præueniri. Et aſsignat rationem, quia prima priora adhuc aptior & deuotior eſt. ff. de verb. ſignifi. l. ii. §. vno. Addit etiam domi. Anto. & c. presbyter in primo quæſito, ex intētione Petri, & abb. ꝙ clericus beneficiatus in minoribus abſens ex cauſa probabili, puta ſtudii excuſatus ab horis dicendis, ſi in eccleſia faciat dici per ſubſtitutum. Et refert Innocen.
7 dicentem, ꝙ quilibet clericus † etiā nō in ſacris debeat ſingulis diebus officium dicere vel audire. Et ſi beneficiatus eſt officiare debet in eccleſia, cum aliis. xcii. diſtinct. capitulo primo. Occupati tamen excuſari poterunt ab officiando in eccleſia, dūmodo æquitando vel alio modo dicāt horas & allegat Hoſt. dicentē. ꝙ ſicut abſentis miniſteriū tēporale prodeſt his qui ſunt in eccleſia, ita & illis abſentibus ſpiritualiter ꝓdeſt officiū pñtiū, facit de cle. nō reſi. cū dilectus. ¶ Goff. in ſumma mouet quęſtionē de clericis, q ſunt in ſcolis, nunquid obligētur ad horas, & refert opi. ꝙ quidam dixerunt ꝙ illi tantū tenentur, qui ad titulum certe eccleſiæ ſunt promoti, per id quod legitur. xcii. di. ſi quis presbyter, ſecus ſi ad titulum ſuæ poſſeſsionis vel ſui patrimonii ſit promotus, vt de præben. epiſcopus. Aſſerit

tamen omnes clericos ad hoc teneri etiam ſi non percipi/ant neceſſaria ab eccleſia quia tenuis eſt ſibi enim imputa/ri debet qui ad tenuem eccleſiam ſe promoueri fecit ar. ad hoc. xxxii. q. v. horrendus vnde ſicut vir tenetur miniſtrare neceſſaria vxori quæ tamen debitum reddere non va/let vt. xxxii. q. vii. quod propoſuiſti ita clericus qui non per
8 cipit neceſſaria † ab eccleſia quia pauper eſt nihilominus tenetur eam officiare & dicit & cum apoſtolo. Scio eſuri/re & habūdare & penuriam pati. omnia poſſum in eo qui me confortat. xli. di. quod dicit dominus & manus ſua miniſtrabunt ei vt. xxi. q. i. clericus & quod no. de con. di. v. nunq̄ & idem ſi eccleſia a principio fuit diues & poſtea deducta eſt ad paupertatem. Sed in vtroq; caſu debet epiſcopus eam alteri eccleſiæ vnire vt. x. q. iii. vnio. & ſic intelligitur de con. di. i. omnes. xvi. q. vi. epiſcopus. ¶ Sed notan/dum ꝙ dictum Goff. locum habet in clerico qui habet beneficium vel qui eſt in ſacris aliter non videtur ratio ꝙ obligetur ad ſeptem horas canonicas ſed bene ad ſepte/nam vel ad officium beatæ Mariæ ſecundum conditionem metropol. vel prouinciæ vt. lxxvi. di. vtinam. Nam tālis clericus licet non habeat beneficium eccleſiaſticum habet tantum beneficium fori eccleſiaſtici extra quod conueniri non poteſt. c. ſi diligenti de foro competenti & bene/ficium canonis ſiquis ſuadente. xvii. q. iiii. propter quæ dicet aliquale officium ſecundum prouinciæ conſuetudinē.
9 ¶ Redeundo ergo ad inſtitutum dico ꝙ penſio eſt † offi/cium ſecundum quod capitur officium primo modo quia non ſolet ſūmus pontifex licet poſſet conſtituere penſio/nem vni in eccleſia ī qua eſt beneficiatus contra. c. conſuetudinem de conſue. li. vi. Et ſic quodlibet. beneficium poteſt dici officium per rationem connexionis cauſæ ad cauſatum largo ſumpto vocabulo a qua licet arguere cum beneficium dicat quid et officium propter quid vt nota, in c. cum clerici de cenſi. in glo. fi. & dictum eſt ſuperius & hoc quantum ad primum. ¶ Secundo modo poteſt dici officium pro eo quod denotat pietatem vt dicit. c. ad ſacras lx. di. in gloſa non tamen ꝙ penſionarius de iure habeat pietatis curam ſed ſolutus eſt ab omni cura. ¶ Tertio non poteſt dici penſio officium tertio modo quia nullū exhibet ſeruitium temporale neq; pauperibus neq; eccle

ſiæ neq; epiſcopo quantũ ad onera neq; quantum ad reſi-
dentiam vt in .c. de monachis de præb. facit .c. q̃uis ple-
niſsime de præb. li. vi. vbi in penſionario non requiritur
ĩſtitutio neq; reſidentia ſicut in certis beneficiis vt ibi Io.
an. & habet intelligi de penſione quæ datur layco propter
ſeruitium vel officium. Secus de illa quæ pro clerico inſti
tuitur in beneficio vt in cle. ii. de ui. & ho. clerico. §. cæte
rum in verbo quodcunq; beneficium vbi dicit Io. an. ꝙ
includit præſtimonia & penſionem quã habet in titulum
& de materia infra dicam . §. proximo. ¶ Quarto bene te
netur penſionarius ad officium quarto modo ſumptũ qđ
dicitur obſequium ſpirituale & dicitur penſum diuinę ſer
uitutis vt dictum eſt ſupra quia obligatur ad horas quia
propter officiũ datur beneficiũ. c. fi. de reſcriptis maxime ſi
talis penſio clerico conferatur in titulũ cuius ratiõe tenet.

1 Penſionarius an teneatur facere mentionẽ de penſione in impetratione beneficii.
2 Penſio aliquando datur pro officio aliquãdo pro bñficio.
3 Beneficium quare ſic dicatur.
4 Penſio aliquando datur in titulum.
5 Penſio a quibus conſtitui poteſt.
6 Beneficium dicitur largo modo omnis prouiſio quæ emanat ab eccleſia.
7 Penſionis eccleſiaſticæ priuilegia.
8 Penſiones quibus de cauſis debent conferri.

Redeundo Ergo ad principale quæſitum .ſ. an pen
ſio ſit officium vel beneficiũ dicendũ ſe
cundũ Zab. in. vii. quęſito in cle. qa regulares de ſupp. ne.
præla. ꝙ penſio aliquando eſt beneficium aliquando vero
1 non. Et dicit ꝙ † ſi penſionarius impetrat in forma pau
perum non facta mentione de penſione eſſe diſtinguen-
dum an ſit beneficium & non tenet impetratio, vel non
& tenet. Simile dicit in. vi. quæſito ſi penſionarius coniu-
getur vel militat vel conſecretur in epiſcopum ex inten-
tione Laudini ꝙ nõ vacat penſio ſi non eſt beneficium ec
cleſiaſticum ſed pro temporali commodo aſsignata alle
gat Ho. in ſumma de ui. & ho. clerico. & de cleri. non
reſi. & de reſcriptis poſtulaſti. Et vult dicere ꝙ ſi talis pen
ſio ſit collata in titulum beneficii non tenet collatio, alias

ſecus, vt not. Io.an. in cle. ii, de vi. & hone. cleri. §. cæterũ in verb. quodcũq; vbi dicit de penſione quã quis haberet in titulũ, remittit ad. c. poſtulaſti, de reſcrip. quaſi velit dicere ꝙ penſio poſsit conferri in titulum, vt not. doc. in. c. poſtulaſti, de reſcrip. Idem dicit Imol. in. d. clem. quia regulares in verb. penſiones, ꝙ ſi pẽſionarius vxoretur vel fiat miles, ꝙ non vacat penſio. maxime vbi penſio non eſt aſsignata in beneficio eccleſiaſtico, ſed pro officio vel ſeruitio temporali, puta pro pulſando campanas, vel ſimilibus. allegat de iure iuran. breui. de reſcrip. poſtulaſti. xvi. q. i. poſſeſsiones, &. c. illud. ¶ Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ pen-
2 ſio † aliquando datur pro officio, aliquando pro beneficio, vt ſatis dictum eſt in quarta particula diffinitionis penſionis, ibi ex cauſa vbi enumeratur cauſæ impulſiue penſionis. ¶ Poſſet etiam vltra prædicta ratione argumentationis & diſputationis ſex rationibus probari, ꝙ penſio eſt beneficium. ¶ Et prima ratio ſumitur ab ethymologia vocabuli, a qua licitum eſt arguere. ff. de verb. ſignifi. l. tugurium. xxi. diſtin. cleros de præben. cum ſecundũ. xvi. q. i. ſi cupis. xii q. i. clericus de ſpon. impu. c. puberes de pœni. diſtin. iii. c. pœnitẽtia, & per do. Anto. in proæmio Grego.
3 Et dicitur beneficiũ † quia benefacit vel benefacere debet ex illo, quia quicquid habent clerici pauperũ eſt, & domus illorũ omnibus debẽt eſſe cõmunes, vt dicit Hieronymus xvi. q. i. c. fi. ¶ Secũda ratio ſumitur ex parte diffinitionis, q cui cõpetit diffinitio, competit diffinitũ. ff. de dolo. l. i. Inſti. de tutelis in prin. de rapto. cũ cauſam. Et ratio quia diffinitio cõuertitur cũ diffinito de pę di. i. c. tres ſunt actiones de ſum. trini ſuper rubrica, &. l. fi. ff. de verb. ſigni. & l. i. §. dolum. ff. de dolo. alias non eſſet bona diffinitio. ff. de re iudi. l. omnis diffinitio, &. ff. de au. & ar. le. l. quintius. Nunc autem in diffinitione penſionis dicitur, ꝙ eſt certa portio ex menſa vel beneficio, vt dictum eſt ſuperius in prin. & ibidem dicunt Imol. & Zaba. ꝙ penſio quatenus eſt beneficium diffinitur ſicut beneficium de præben. q̃uis lib. vi. facit cle quoniã de vit. & hone. cleri. §. cæterũ in verb. quodcunq;. Et negari non poteſt, ꝙ penſio cõſtituta per papam in beneficio, ꝙ non ſit beneficium, quia aliter quid eſſet non officium, quia ſuper beneficio eſt conſtituta & inde ſubtrahitur, ergo erit beneficium eccleſiaſticum, quia con-

fertur ab eccleſia ſuper beneficio vt dictum eſt. ¶ Tertia ra
tio ſumitur a ratione partis, quæ ſapit naturã totius, quia
partes diffinitionis ſubſtantiæ, ſunt ſubſtantia, vt dicit Ari-
ſto. ſeptimo Methaphiſi. & in prædicamẽto ſubſtantiæ. nã
totum prædicatur de parte in linea eſſentiali, & de parte
integrali prædicatᷓ ſaltẽ in obliquo, & partes totũ perficiũt,
hinc eſt quod valet argumẽtũ a ſufficienti partiũ enumera
tione, de præben. c. dilecto, de elec. venerabilẽ de immu. ec
cle. inter alia. de cogna. ſpritua. c. ii. ff. qui ſunt ſui, vel alie.
iur. l. patre furioſo. Cum autẽ pẽſio dicatur eſſe tertia pars
beneficii, vt dictum eſt ſupra dicetur eſſe beneficiũ. ¶ Eſt
& alia ratio, quia quid iuris eſt in parte, idem iuris eſt in to
to. de præben. maioribus. i. q. iii. ſi epiſcopus. xxxii. q. v. me
retrices, quia aliter pars diſcreparet a toto & turpis eſt om
nis pars quæ ſuo vniuerſo non cõgruit tex. eſt. viii. di. quæ
contra de ſpon. duo. c. ii. xxiiii. quæſtione. i. alienus centeſi
ma diſtinct. contra morem. xii. diſt. c. i. ¶ Quarta ratio ſu
4 mitur a ratione tituli, quia † penſio aliquando datur in
titulum, & tunc eſt beneficium, vt in reg. beneficiũ de reg.
iuris facit cle. quoniam de vita & hone. cleri. §. cæterum
in verb. quodcũque ſæpius allegatum, ibi vel penſionem
quam habet in titulum remittit ad capitu. poſtulaſti de
reſcriptis. Id idem dicit Imol. in dicta clemen. in verb. pen
ſiones in. §. quid ſi penſio data eſſet pro titulo, ſicut eſt
eccleſia, quæ eſt annexa præbendæ, & principalis non po
teſt deſeruire vterq; conſtituitur perpetuus vicarius, cui
certa penſio deputatur, vt in capitu. extirpandæ. §. ſi. de
præbend. & talis penſio eſſet, ſicut perpetua vicaria & di
cit domi. Anto. in capitu. poſtulaſti de reſcriptis in ter-
tio notabili, ꝙ perpetuus vicarius dicitur intitulatus in ec
cleſia collegiata, allegat de fide inſtrumen. & c. G. perpe-
tuus. Ita dicit ꝙ eſt etiam & penſio, ſi conferatur in titu-
5 lũ. ¶ Quinta ratio ſumitur a poteſtate † conferentis, quia
talis penſio non imponitur, niſi per ſummum pontificem
vel per epiſcopũ de conſenſu capituli, vt late dictũ eſt ſu-
pra in quarto quæſito. ſ. quis poſsit penſionem imponere,
de exceſs. prælato. c. ſicut clemẽ. prima. §. ad hæc de ſtatu
mona. vel per patronũ in prima inſtitutione, vt in. c. quan-
to, de cenſi. quia licet donator etiam layco conditiones ap-
ponere vel addiicere rei ſuę, de cõdi. appo. verũ. ſed Inno.

limitat ꝙ poteſt adiicere conditiones temporales non ſpiꝛituales in.c.quoniam enormis ne prælaui.ſuas ideo eius moderatio & taxatio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum vt notauit do. Anto.d.c.quanto in vltimo quæſito ex intentione Inno. vel per arbitrum vt in .c.niſi de præben. dūmodo per ſūmum pontificem fuerit approbatum vt dicit ibidem do. Anto. ¶ Sexta ratio ſumitur ab inſtitutione eccleſiaſtica quia in primitiua eccleſia erat cor vnum & anima vna in deo vt nota.de ſūma tri. & fi.ca.c.damnamus §. verum & erant illis omnia cōmunia .xii.q.i. non dicatur & dictum eſt ſuperius ex intentione Abbatis in ſua repeti. ideo eccleſia voluit omnibus prouideri quia pia mater & alma eſt de ſen.ex .c.fi.de excep.pia.li.vi.aut per officium vel beneficium vel penſionem vel per quęcunꝙ alium modum quocunꝙ nomine cenſeatur vt eſt tex. & glo.in.c.fi.de conceſ. præb.ī prin.& ī.c.conſuetudinē de conſue.lib.vi. & dicit ibi glo.ꝙ maſſaria & iconomatus perpetuus eſt prohibitus conferri in eccleſia cum alterius beneficio facit.c.fi.de conceſ. præb.eo.li.in prin. Et ratio
6 quia omnis prouiſio † quę emanat ab eccleſia largo ſumpto vocabulo dicitur beneficium ſiue inſtituatur pro clericis ſiue laycis ſiue in vſus pauperū & hoc eſt quod nota .c. conſuetudinem de cleri. non reſi.li.vi.ꝙ quottidiane diſtributiones etiam beneficia nuncupantur quia benefaciunt vt ibi dicitur in tex.in verb.diſtributiones quottidianas quæ alias manualia beneficia ſeu victualia nuncupantur quæ tantum reſidentibus tribuuntur facit.c.olim de verb. ſigni.ibi manualia beneficia non conferrentur. Sic ergo patet ꝙ penſio eſt beneficium ſuper omnia beneficia
7 Cuius gratia pono † priuilegia penſionis. ¶ Primum priuilegium eſt ꝙ eſt beneficium ſine ordinis obligatione quia confertur layco aliquando vt dictum eſt & ſi conferatur clerico non obligatur neꝙ ad ſacerdotium neꝙ ad ſubdiaconatū infra annum promoueri vt nota.in.c. cum exeo. de elec. li.vi. nec incurrit pœnam vt ibi facit quod nota.in cle. vna de offi. vica. Et an clemen. locum habeat in perpetuis vicariis vide vt in glo. eiuſdem cle. in verb. ſacerdotium. ¶ Secundum priuilegium ꝙ in penſione gratia reputatur indebitum contra illud apoſtoli.i. ad Ro.iiii. vbi dicit ꝙ ei cui operatur merces non imputabitur

tur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum hoc locũ non habet in penſione. ¶ Tertium priuilegium, quia penſionarius manducat fructus ſine labore cõtra illud apoſtoli. i. q. ii. clerici, qui non laborat non manducat. ¶ Quartũ priuilegium eſt, ꝙ penſionarius frangit æqualitatem iuſtitiæ, illud ſcilicet ius ſuũ vnicuiqꝫ tribuatur inſti. de iuſti. & iure. §. iuris præcepta, & in proœmio Grego. quia honores & cõmoda diuidi debẽt ſecundum qualitates laborum prima diſtinct. ius militare. Penſionarius vero nullos labores facit, quia non obligatur. ¶ Quintum priuilegium penſio eſt præmium ſine operæ, quia qui non ſeruit altari, inde non meretur prꝺmiũ recipere. xii. q. ii. c. caritatem & c. eccleſiaſticis. Hinc eſt ꝙ os bouis triturantis alligari non debet. c. extirpandæ de præbend. ¶ Sextum priuilegiũ penſio eſt ſeges ſine vomere & aratro & meſsis ſine ſemine, quia metit vbi non ſeminauit, & cõgregat vbi nõ ſparſit Math. xxv. & Luc. xix. de qua verificatur illud Ioan. iiii. Ego miſi vos mettere, quod non ſeminaſtis, & alii laborauerunt & uos in labores eorũ introiſtis, contra illud quod legitur, ꝙ nullus debet ponere falcẽ ſuam in meſſem alienam. vi. q. i. ſcriptũ. xvi. q. i. §. his ita. ¶ Septimum priuilegium eſt merces ſine cuſtodia, cum ad eam de iure paſtor teneatur, vt in. c. q̃uis de re iudi. & in clemen. i. de deci. & ff. locati. l. qui mercedem. ¶ Octauum priuilegium eſt beneficium ſine onere, quia nõ obligatur ad tria onera beneficii. ſ. hoſpitalitatem, onera epiſcopalia, & ſufficientẽ ſuſtentationem, vt in. c. extirpandæ. de præben. & dictum eſt ſuperius, in tertio notando, quando beneficiũ dicitur ſufficiens contra illud cle. cum ſit naturæ de cenſi. ſ. eius portare onera, qui rerum commoda complectũtur, & dicit Io. an. in regula formata eſt per modũ conuerſum. ff. de regu. iuris ſecundum naturam, & in regula qui ſentit libro. vi. & dicit lex. ꝙ nõ eſt ferrendus, qui lucrũ amplectitur, &c. C. de cadu. tol. l. vna. §. proximo in fi. ¶ Et poſſumus ei intitulare, ea quæ notantur in ꝑs. quando loquitur de miſericordia vberi, ꝙ penſio eſt medulla tritici & adeps frumẽti, butirum de armento, & lac de ouibus meraciſsimus ſanguis vuæ. Mel de petra, & oleum de ſaxo duriſsimo, idest Chriſti patrimonio. Et vt dicitur Mathæi. xxi. lapis iſte factus eſt in caput anguli, qui penſionem ſignificat, qui nul

lum pondus portat diei & eſtus nec numerat vigilias no
ctis ideo dicitur beneficium ſuper omnia beneficia ſed
qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur ſuper quē
vero ceciderit contereteum quia duriſſimus eſt. ¶ Præfi-
guratur etiam penſio per uolumen magnum quod uidit
Ezechiel.ii.&.iii.c.in quo erant conſcriptę intus & foris
lamentationes & carmen & uæhquod præcepto domini
comedit & poſtq̄ uiſcera uolumina repleta ſunt amarica-
tus eſt uenter eius. ¶ Magnum uolumen ſignificat penſio
nem quæ maximū eſt beneficium vt dictum eſt præcepto
domini manducatur quia auctoritate pontificis concedi-
tur. Scriptum intus & foris ſignificat inſcriptionem qua
ſe quiſq; beneficiatus inſcribit intus in anima & foris in
corpore de ſuſceptis beneficiis deo reddere rationem vt
ff. de priuat. delictis .l. ſi.&.ff. de accu.l. libellorum & .ii.
q.viii.in ſumma & .c.quiſquis &.c. præſcripta &.c. libello
rum & .iiii.q.iiii. §. inſcriptio. vel inſcriptio intus & foris
ſignificat ſacram ſcripturam quæ ſcientia pietatis eſt & pē
ſionem ſignificat vt .xxvi. di.c. ſiquis .xxxviii. di.c.ſicut
quæ † magnis viris aliquando confertur vt uacare debet
ſtudio ſacrarum literarum ex qua ſacra ſcriptura tria le-
guntur ſcilicet lamentationes, carmen, & uæh. ¶ Lamen-
tationes Hieremię prophetę ſignificant peccata populi
quæ ſacerdotes comedunt in penſionibus & benefi-
ciis prima quæſt i. ipſi ſacerdotes & ſunt illi vt dicit glo-
ſa qui de ſuis poſſunt ſubſtentari & tamen percipiunt
de eccleſiaſticis.xii.q. ſecunda illud quia nihil aliud eſt ha
bentibus dare q̄ perdere prima quæſt.ii.paſtor. ¶ Car-
men ſignificat uoluptatem vt poeta res eſt blanda canor,
& delectat non ſolum homines ſed etiam animalia vt ibi-
dem dicit q̄uis mutus erat uoci tauiſſe putatur piſcis ario-
nie fabula nota lyrę. & ſignificat minimos clericorum la
bores. Qui aut cantando aut audiendo cantare lucran-
tur præſentiam vt in capitulo primo de cleri. non reſi. lib.
vi. & ſic ſuffarcinantur auro.xii.q. ſecunda .c. craton vel
aliter ꝙ penſionarius lucratur fructus ſine labore ſicut il-
lius qui iocando & cantando auro crumena repletur iu-
xta illud Ioan. mo. in capitulo ſi annum de iudi. libro ſe-
xto. ¶ Ideo tertio ſequitur vęh triplicatum vt legit̄ apoc.
viii. vęh, vęh, vęh, habitātibus in terra & dicit̄ uęh triplica

rum quia penſio ſolet eſſe tertia pars reddituum vt dictum eſt vel uæh triplicatum ſignificat tres pœnas inferni ſcilicet tenebras exteriores fletus & ſtridorem dentium. ¶ Ideo ſubdit ꝙ uiſceribus vſq; ad crepationem repletis amaricatus eſt uenter quod erit vt dictum eſt in die iudicii ſcilicet in calculo rationis vt in lege rem non nouam in prin .C. de iudiciis & de fid. inſtru. cum dilectus de officio delega. prudentiam. Speculator titulo de ſenten. §. quarto verſiculo duodecimo & verſiculo. Item non ualet & .C. de erro. calcu. ſuper rubrica.

1 Permutari an poſsit penſio pro officio ſeu beneficio.
2 Permutatio beneficiorum dicitur fauorabilis non odioſa & numero .32.
3 Penſionarius non tenetur ſeruire neq; reſidere, dicitur tamen beneficiatus.
4 Permutari non poſſunt cum beneficiis quæ non conceduntur in beneficium.
5 Penſio de iure permutari non poteſt cum officio ſeu beneficio & an papa poſsit ſuper hoc diſpenſare.
6 Papa licet poſsit ſupra ius diſpenſare non tamen poteſt tollere naturam iuris.
7 Permutatio vt ualeat tria ſunt conſideranda & nu. 9.
8 Epiſcopus non poteſt auferre ſubditis ſuis ius conferendi.
10 Permutatio eccleſiaſtica vt valeat quæ requiratur.
11 Penſio non poteſt permutari cum beneficio etiam Papa authorizante.
12 Penſio non poteſt alteri renunciari.
13 Permutatio eſt contractus bonæ fidei.
14 Permutatio beneficiorum eſt perpetua, penſio uero ſecus.
15 Permutatio completa ex vna parte ſi ex altera compleri non poteſt alter poteſt ad eccleſiam ſuam redire.
16 Penſio conſiſtit in mera pecunia.
17 Simonia eſt ſi in permutatione beneficiorum interueniat pecunia & nu. 25.
18 Contractus nominati qualiter cognoſcantur.
19 Penſio conſiſtit in mera temporalitate quantumcunq; conferatur in titulum & eſt res profana vt nu. 20.
21 Permutari non poſſunt ſpiritualia cum temporalibus.

22 Decima non poteſt permutari cum pecunia, nec poteſt laycus dando partẽ fundi eximere ſe a proteſtatione decimarum.

23 Beneficium proprie ſumptum requirit copulatiue inſtitutionem, & reſidentiam.

24 Permutari non poteſt res aliena.

26 Inueſtitura quomodo fiat.

27 Inſtitutio & inueſtitura in quo differant.

28 Permutationem præcedere debet renunciatio.

29 Permutatio quid ſit.

30 Præſtimonia dantur in titulũ, & pñt renunciari & vacant.

31 Renunciatio beneficii quæ requirat.

33 Permutare volentis narratiua qualis eſſe debet in ſupplicatione & ſuperioris in collatione.

1 Venio nunc Ad quæſtionẽ ſeptimi quæſiti ſcilicet an penſio † poſsit pro officio vel beneficio permutari. Et dicendum eſt, ꝙ hanc quæſtionẽ tetigit Zab. in cle. quia regulares de ſupp. neg. prælа. in. viii. quæſito, & remittit ad. c. quæſitum de rer. permuta. Simile Imo. in. d. clemen. circa partem in. §. an penſio poſsit cum beneficio eccleſiaſtico permutari, & dicit ꝙ nõ, & aſsignat rationem, quia non eſt titulus eccleſiaſticus cum ſæpe pro officio temporali detur, puta pro pulſando campanas, & ſimilibus, allegat. c. breui. de iure iuran. de reſcriptis poſtulaſti, & . xi. q. i. poſſeſsiones de ſymo. cum eſſet, de pact. cũ pridem. ¶ Et aduertendum, ꝙ Zaba. loquitur de penſione quæ non datur in titulum, ſed pro commodo & ſeruitio temporali. Sed quid dicemus de penſione, quæ datur in titulum, an illa poſsit cum beneficio permutari argumẽ. ꝙ ſic, cum talis dicatur eſſe beneficium, vt ſatis ſuperius deductum eſt, & beneficia de ſui natura permutari poſſunt, licet non poſſunt vendi de rer. permu. c. ad quæſtiones. vi. q. vlti. nemini. Et dicit Federi. de ſenis in tractatu permutatio. q. xviii. quod & not. in. c. vno de re. permu. libro ſexto, in. ii. iii. iiii. & . vi. glo. in nouella, ꝙ beneficiorũ
2 † permutatio dicitur fauorabilis non odioſa, Ideo in ea nõ debet fieri ſtricta interpretatio contra id quod not. in cap. quis pleniſsime de præben. lib. vi. ex intentione Ioan. an.
3 quia licet † penſio non ſit beneficium, quod requirat ſeruitium, & reſidentiam, beneficium tamen eſt & priuilegiatũ

ſuper alia beneficia, vt dictum eſt, & conſequenter poteſt permutari. ¶ Idem dicit Io. an. in clemẽ. vna de re. permu. in glo. beneficia, ꝙ etiam includuntur hoſpitalia, & loca ſimilia, quæ permutari poſſunt, his caſibus, quibus in beneficium conceduntur, quæ habentur, infra de reli. do. cle.
4 quia contingit. §. vt autem. Illa vero quæ † non conceduntur in beneficium non videntur poſſe cum beneficiis permutari, cum beneficiorum adinuicem permutatio fieri debeat, vt. c. ii. de re. permu. Et ſic ſi penſio ſit beneficium eccleſiaſticum alteri conceſſum. clerico in titulũ, videtur ꝙ poſſit cum beneficio permutari de iure. Et hoc eſt quod dicit Lapus & Federic. de ſenis in tract. permut. q. xiiii. ꝙ permutatio fit de ſpirituale ad ſpirituale, & maxime talis permutatio fieri poterit auctoritate pontificis, qui omnia poteſt. ¶ Circa præſentem materiam notandũ eſt ꝙ aliud eſt petere, an de iure cõmuni liceat permutari pen
5 ſionem cum beneficio, & dicendum † eſt ꝙ non, ſecundũ Imol. & Zab. & cæteros, qui loquuntur in hac materia in clemen. quia regulares de ſupp. neg. præla. & rationes infra aſsignabuntur, ſiue conferatur penſio in titulum, ſiue quocunq; alio nomine conſignetur, & ꝙ plus non poteſt permutari penſio, cum penſione. ¶ Si autem quæratur an poſsit hoc papa in curia Romana præſtare auctoritatẽ cõtrahentibus, vt poſsit penſio pro beneficio permutari, vel pro officio, hic quæſtio oriretur, quã neq; Lapus, neq; Federi. tetigerunt, aut mentionem fecerunt in tract. permutatio. relinquentes eam quaſi ſuperuacuã, & nullius dubitationis quaſi nullam habeat difficultatẽ, quia ſibi non competunt conditiones contractus permutatio. & conſequen
6 ter papa licet omnia poſsit † etiam de iure ſupra ius diſpẽſare, vt in capitulo propoſuit. de conceſs. præben. non tamen poteſt tollere naturam iuris, nec in eo diſpenſationem intelligere. c. cum ad monaſterium de ſta. mona. Sed quia hæc materia penſionis, & permutationis ſæpiſsime currit in foro pęnitẽtiali, maxime in Curia Romana. Ideo circa ipſam aliquantulum inſiſtamus. ¶ Et ſi volumus intelligere, an penſio poſsit pro officio vel beneficio permutari, opus eſt intelligere naturam contractus permutatio
7 nis. ¶ Ideo notandum eſt ꝙ in permutatione † tria conſideranda ſunt. Primo aliqua ex modo contrahendi. Secun

do aliqua ex natura contractus. Tertio aliqua ex natura rei permutatę. ¶ Et primo ex modo contrahendi requiritur prælatorum conſenſus. Et ratio quia permutatio fieri non poteſt ſine diſpenſatione aut papali vel epiſcopali vt nota. Federi.in.xii.quæſito vbi dicit ꝙ ſiue ex una parte ſiue ex utraq; beneficia teneantur ex diſpenſatione papali non poteſt interuenire diſpenſatio, niſi per papam fiat. Et etiam renouādo diſpenſationem de perſona ad perſonā. Si vero talia beneficia potuerint tenere ex diſpenſatione epiſcopi fiat per epiſcopum ſi diſpenſare uoluerit. ¶ Aliquando vero requiritur conſenſus non ſolum papę & epi
8 ſcopi ſed etiam patronorum quia † epiſcopus non poteſt auferre ſubditis ſuis ius conferrendi vel permutandi de. exceſ. præla.c.ii.xvi.q.vi.c.decernimus hoc eſt enim priuilegium papę de religi.do.c. conſtitutus quia eccleſiaſticus ordo confunditur ſi ſua iura vnicuiq; non ſeruantur .xi.q. i. peruenit.hanc.q. tetigit Fede.q.xxi. & .xxx. & per Abſic. in.c. quæſitum de rerum permut. ¶ Secundo in permutatione aliqua conſideranda ſunt ex natura contractus.
9 & hæc tria † requiruntur perſona ꝙ permutatio ſit contractus innominatus quia ſi ſit nominatus non erit permutatio vt notauit Ho.c. in ſumma.§.i. & conſequenter bonefidei. Secundo ꝙ interueniat renuntiatio. Tertio ꝙ interueniat inſtitutio & collatio vt in cle. vna de re. permu. &.c. unico.e.ti.li.vi. & Fede. de ſeniſ.xxvi. quæſito ita ꝙ conditiones contractus in nominati inueniantur in ea aliter non erit permutatio. ¶ Tertio in permutatione aliqua conſideranda ſunt ex natura rei permutatę & ſic tria requiruntur circa hanc partem. ¶ Primo vniformitas ſpecierum vt dicit Ho. in ſumma de re. permu.§.i. & dicit ꝙ quotiens ius de permutat. loquitur certam hincinde ſpeciem demonſtrat.C.de re.permu.l.quoniā aſſeueras. Secundo requiritur neceſsitas eccleſiæ. Tertio vtilitas de re. ꝑmu c.unico li.vi.& Fede.c.xviii.quęſito & iſte omnes cōditiones requirunť copulatiue & nō diſiunctiue quia ſi deficiat ī vna iſtarum conditionum nō cenſebiť contractus
10 ꝑmutationis ſed alius. ¶ Ex quibus † dictis concluditur ꝙ quinq; ſūt neceſſaria in ꝑmutatiōe eccleſiaſtica quia ſecus in profana quia ſecundū Goff. de re. ꝑmu. in prin. poſsūt ꝑmutari quæcūq; poſſunt vēdi ſed hoc fallit in eccleſiis vt

eo.ti.c.ad quæſtiões &.vi.q.vlt.nemini ideo eccleſiæ pmu tatio ē magis ſtricta q̄ profana vt dicetur in.xi. ratione qa profana permutatio vt plurimū dicitur do vt des propter uarietatem ſpecierum & mertium. ¶ Primum neceſſariū eſt auctoritas ſuperioris vel patronorum.¶ Secundum ꝙ ſit cōtractus innominatus & cōſequēter bonefidei.¶ Tertio ꝙ īteruenİat renūciatio & noua īſtitutio. ¶Quarto requiritur uniformitas ſpecierū.¶Quinto utilitas & neceſſitas eccleſiæ & hæc cadere nō poſsūt i pmutatiõe penſionis cum bñficio. Et ad id probādū īcipiemus. ¶A prima in qua notandū eſt ꝙ ad canonicā beneficiorum pemutationem requiruntur primo prælatorū auctoritas ſine qua nulla erit permutatio vt in.c.cum olim de re. permu.quia tales veniunt priuandi niſi ſimplicitati venia tribuatur per papam qui habet poteſtatem.c.cum vniuerſorum.e. ti. & per Ho.e.§.quid poteſt permutari. Et modus & forma p mutandi ponitur per Inno.in.c.quęſitum de re.permu. in glo. Et per do. Anto.eo.c.ī.iii.quæſito & refert alios dicentes ꝙ ſēper debet principiari permutatio a ſuperiore vt refert hic Io.an.qui ſic dicit ſe praticaſſe & addit ꝙ per hoc excluditur omne vitium ſymoniæ allegat Spec. eo. ti. in rubrica & Ho.e.§.quid poteſt permutari.¶Nunc veniamus ad inſtitutum.¶Prima igitur ratio ſumitur ab auctoritate ſuperioris.ſ.ꝙ penſio † non poſſit cū beneficio permutari quia auctoritas papæ non ſe extendit ad hoc vt poſſit penſionem cum bñficio pmutare quia illud qđ nihil eſt non poteſt cum alio permutari ſed pēſio pmutata nihil eſt,ergo &c. conſequētia bona & minor probaī.ſ.ꝙ pēſio in pmutando nihil ſit quia renuntiando penſioni in permutatione habet interuenire renuntiatio & inſtitutio vt dictū eſt in tali renuntiatione extinguitur penſio & ea extincta nihil eſt quia quod ſemel extinctum eſt amplius non reuiuiſcit de con.di iiii c.quęris.xxiiii.quę.iiii.ſi illic de pœn. di iiii.c. diuina clementia & eſt glo.ſi. in cap. de cætero de ſen. ex.ff.de ſoluti. lege qui res.§. aream ergo papa de nihilo nihil faciet de electio, nihil de conſecratio. di.iiii. nihil. bene tamen poteſt papa creare vel inſtituere aliam ſimilem vel diſſimilem penſionem in eodem beneficio & primam renouare vt dicit Federi. in xii. quæſito ſed extinctā minime quia hoc ſolo priuaī deus.xxxii.q.v.

ſi Paulus. Et licet papa conſtituat ſimilem penſionem in di
cto beneficio, non tamen erit eadem numero cum prima
extincta, ſed ſpecie, per ea quæ notauit Ioan. mo. in. c. eos
de ſenten. excommu. lib. vi. in verbo eandem ſententiam.
¶ Secunda ratio aſsignari poſſet, quare papa non poſsit
permutari pēſionē cum beneficio, vt dictum eſt in tertio
neceſſario, quia opus eſt in permutatione, ꝙ interueniat
renunciatio & inſtitutio, vel collatio. Sed qui recipit pen-
ſionem, non habet inſtitutionem ſeu collationē beneficii,
12 ſed qui ſoluit, & per conſequens † non poterit renuncia-
re alteri, id quod non habet. ¶ Et ſi arg. ꝙ renunciat pen-
ſioni, quæ alteri conferri poterit in titulum. ¶ Reſpondeo
ꝙ talis contractus dicetur nominatus ſcilicet do, vt des, &
eſſet contra ſecundum neceſſarium, in quo dicitur ex intē
tione Hoſtien. & aliorum, ꝙ permutatio eſt cōtractus in-
nominatus, papa vero mutare non poteſt naturas contra-
ctuum, & conſequenter facere non poterit, ꝙ penſio cum
beneficio permutetur, quia contractus permutationis hoc
non recipit. ¶ Tertia ratio ſumitur a bona fide, quia Hoſt.
13 eo. titu. §. i. dicit ꝙ permutatio † eſt contractus bonefidei,
quia connumeratur inter actiones bonefidei, vt inſtitu. de
act. §. actionum, & in. ii. glo. c. cum venerabilis de excep.
vbi enumerātur. xvii. actiones bonefidei. ſ. actio ex empto
& vendito &c. & permutatio. Idem dicit domi. Anto. d. c.
venerabilis in notabilibus, ꝙ cōtractus permutationis, eſt
contractus bonefidei, quia connumeratur inter eos. Inſti.
de act. §. præterea, & dicit ꝙ valet pro notario, pro banni-
to, & pro ſcholari, qui ſunt deſcripti in matricula. Allegat
de probat. c. i. & . ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & cau-
ſam huius & rationē aſsignat Hoſt. in ſumma de re per-
mu. §. & ad quid, vbi ſic dicit, ꝙ permutatio cōtractus bo-
nefidei dicitur ſicut vēditio, quia ex vtroꝙ paratur euictio
& redhibitio. ff. de edil. edic. l. ſciendum. §. penul. quæ om
nia in permutatione penſionis contingere non poſſunt.
14 ¶ Quarta ratio aſsignatur, quia eccleſiarum † permuta-
tio eſt perpetua, penſio autem non eſt perpetua, ſed ad vi
tam illius qui ſoluit, vt nota. de collu. c. audiuimus in ver-
bo penſionem, & conſequenter eſt temporalis, de qua in
clemen. vna de offi. vica. in verbo perpetuus, & in clem.
frequens. §. eccleſias de exceſ. præla. Et quod nota. Feder.
de ſenis

de ſenis, in decimoſexto quæſito,vbi tenet, ꝙ ſolum per-
petui beneficiati poſſunt permutare. Pēſionarius vero nō
eſt perpetuus,ſed ad tēpus,vt patet ex diffinitiōe pēſionis,
ibi ad tempus & non perpetuo ſeparata, ergo penſio cum
beneficio permutari non poterit. Et ſi non poteſt de iu-
re ſubſiſtere,tunc permutando ſine effectu alter prætende-
15 ret malam fidem. Et ſi permutatio † completa eſt ex vna
parte,& ex altera compleri non poſſit, alter poterit ad ec-
cleſiam ſuam redire, vt notauit Federic. in. ix. quæſito.
¶ Quinta ratio ſumitur ſimiliter a varietate contractus,
quia dare ex vna pecuniam,& ex altera permutare eccleſiā
pro pecunia ſymonia eſt,vt dicit abb.ſicu. in ſecundo no-
tabili capi. ad quæſtiones,de re.permu.quia videtur data
pro redditibus ſpiritualibus,vel pro re ſpirituali obtinēda
& talis contractus erit contractus emptionis.ſ. do, vt des,
16 & non permutationis. ¶ Nunc autem penſio † conſiſtit in
mera pecunia,cum qua beneficia permutari non poſſunt
17 nec in permutatione † poteſt pecunia interuenire, niſi
quatenus perueniatur ad æqualitatem permutationis, vt
not.abb. ſicu. in c.ad quæſtiones de rer.permu. in vltimo
notabili. Et Hoſtien.eo.in ſumma.§.quid poteſt permu-
tari. Dare vero pecuniā pro eccleſia eſt cōtractus emptio-
nis,& conſequenter nominatus. permutatio vero dicitur
contractus innominatus, vt dictum eſt,quia caret nomi-
ne certo & ſpeciali. Sed ibidem reddit aliam rationē,qua-
18 re dicatur contractus innominatus,quia contractus † no
minati ſunt,ex quibus ſtatim naſcitur obligatio,vt in depo
ſito & cōmodato,& ſimilibus,quia ex quo contracta ſunt
pariunt actiones, vt inſti.qui mo.contrahi.obli.§. item is
cui &.§.pluraliter.ff.de pact. l. iuriſgentium.i. rub. ¶ Se-
cus in permutatione,vbi non poteſt agi, niſi res ab altera-
tra partium tradita fuerit,& tunc ex præcedenti pacto agi-
tur,vt.C.de rer.permu.l.ex placito,ſed hoc non placet In-
no,& allegat aliā rationem,quia nominati cōtractus habēt
nomina ita appropriata,ꝙ nomen vnius nulli alii conue-
nit,vt venditio.i.venundatio commodatum,quaſi cōmo-
do tuo datum. Mutuum quia de meo fit tuum. Et ſic de ſin-
gulis,ſed nomen permutationis cuilibet contractui con-
uenit,ſicut ſibi, & ideo dicitur innominatus, ſcilicet quia
caret nomine ſpeciali proprie appropriato. ¶ Sexta ratio

ſumitur a temporalitate,& ſequitur correlariæ ad quintũ,
19 quia penſio † conſiſtit in ſola temporalitate,& principaliter circumcernit cõmodũ tẽporale, quantumcunq; confe ratur in titulũ ad inſtar patrimonii ad cuius titulum quis aliqñ ordinatur, vt in.c.tuis,de preb. non obſtãte, ꝙ ſit res profana,& ſi penſio quæ datur in titulum, poſſet cum beneficio permutari, non eſſet maior ratio,de ea q̃ de patrimonio ad cuius quis titulum ordinatur. quod eſſe non poteſt,quia non eſt perpetuum, & ſubiacet forte fideicommiſſo. ¶ Item eſt res profana, † quæ cum eſſentia permu
20 tari non poteſt propter quartum neceſſarium, quia in permutatione neceſſe eſt, ꝙ ſit vniformitas ſpecierum, ꝙ autem penſio in ſola tẽporalitate conſiſtat,not.xvi.q.i.c.poſſeſſiones. patet etiam ex intentione Lauren. quam ſequitur Imol.in cle.quia regulares de ſupp.neg.præla. Sed beneficium dicit rem ſpiritualem, vt not. in regula beneficiũ
21 de reg.iur.lib.vi. Et ſpiritualia † cum tẽporalibus permutari nõ poſſunt,c.ſi.de rer.permu.quod not.do. Anto.in.c. cũ venerabilis de excep.in quarto notabi.& limitat.ſ.principaliter. Secus acceſſoriæ,quia tunc non vitiatur permutatio,de re.permu.c.ad quæſtiones.ſ.ꝙ pecunia accedat eccleſiæ permutatę,vt perueniatur ad æqualitatem contractus, vt dictum eſt in quinta ratione ex intentione abb. Quãobrẽ dicit Hoſt.in ſumma eo.§.quid poteſt permu
22 tari,ꝙ decima † cũ pecunia permutari nõ poteſt. Et addit ꝙ laycus nõ poteſt ſe eximere a præſtatione decimæ q̃uis det partẽ fundi, quia non poteſt fieri permutatio,rei tẽporalis ad rem ſpiritualẽ.d.c.ſi.de re.permu. Et ſi aliqui propria temeritate hanc permutationẽ fecerint, priuãdi ſunt, de re.permu.cũ olim, vt dictum eſt. ¶ Septima ratio ſumitur a natura ſpecierũ. Quia licet penſio dicatur beneficiũ tamen differt a beneficio, pluſquam ſpecie, immo pluſq̃ genere,& pluſq̃ homo,& aſinus, quia conueniunt in genere remotiſsimo pẽſio & beneficiũ, quod poteſt permutari, nõ obſtãtibus conditionibus penſionis. Quãuis primo dicatur beneficiũ, quia benefacit, vt dictũ eſt. Secũdo ꝙ in eccleſiaſticus ferat. Tertio q̃tũ ad denominationẽ, quia venit appellatione beneficii. Quarto quia cõfertur in titulũ, tamẽ a tali beneficio eccleſiaſtico ꝓprie ſumpto cũ bñficio, quod poteſt permutari,& cui cõueniũt iura cõtract⁹ per

mutationis,pluſq̄ ſpecie diſtinguit,vt in not.in regula bñ-
ficiū,de re,iur.li.vi.Et dixi ſupra in pręſenti quæſito. Et eſt
23 illud bñficiū † quod requirit copulatiue inſtitutionē & re-
ſidentiā,vt dicit Io.an.in.c.q̄uis pleniſsime, de præben. li.
vi.in nouella,& in permutationibus,vt dicit abb. ſicu. in
c.ad quęſtiones,de re.permu.poſt mediū,ſemper requirit
permutatio ſpeciei ac ſpeciē,Puta eccleſię cū eccleſia,cum
indēnitate vtriuſq;. x.q.ii.hoc ius porrectū,& in.c.quæſitū
eo.titu.in fi.Refert abb. ibi ex intentione Inno. in prima
glo. ꝙ præbendæ eiuſdem eccleſiæ, & eiuſdem qualitatis
poſſunt permutari,quod not. Hoſtien.in ſumma eo.titu.
§.quis poſsit permutare,&.§.primo,vbi dicit ꝙ hic ſapiē-
tibus placuit, vt certa ſpecies detur pro certa. Et addit, ꝙ
quotiens ius de permutatione loquitur,certam hinc inde
ſpeciem deſignat.C.de rer.permuta.l.quoniam,aſſeueras,
dicit etiam eo.§.ii. ꝙ ſi detur certa ſpecies pro incerta,vel
incerta pro certa, Puta bos in genere, vel equus in ſpe-
cie, pro boue in genere, non erit permutatio, ſed alius
contractus nominatus, ſcilicet do, vt des, in permutatio-
ne rerū eccleſiarū,nihil poteſt agi,niſi prout de iure conti-
netur ex intentione Ioan.an. & archi. eodem titu.c.vnico
libro.vi.Et per Federic. xxii.quæſito,vbi dicunt ꝙ permu-
tatio eſt ſingulariter prohibita, vt de præben. maioribus.
Et ſolū in caſibus,in quibus inuenitur epiſcopo conceſſa.
Inferiores vero attentare non debent. ¶ Octaua ratio ſu-
24 mitur a natura rei,quoniam † res aliena permutari nō po-
teſt,quia non poteſt transferri dominiū.ff.de re.permu.l.i.
§.vltimo, & nota. in cap.venerabilis,de excep.in glo. in
verb.in loco domini,vbi dicitur ꝙ qui dat rem alienam,nō
contrahit permutationē,ſecundum do. Anto.ibi.ff.de con
di.cauſa data,& non ſecuta.l.fi.Hoſt.in ſumma de re. per-
mu.§.quid poſſunt permutari.Et Federi.in tract. permu.
in.x.quæſito circa medium,quia qui rem alienam dat non
contrahit permutationem,de excep.cū venerabilis. Nunc
autē pēſio reſpicit proprietatē beneficii,a qua ſeparatur ad
tēpus,& non perpetuo,vt dicunt Imol.& Zab.in cle. quia.
regulares,de ſupp.ne.pręla.in diffinitione penſionis.Ideo
nō poterit diſtrahi ab ea,ſine ſuperioris auctoritate habētis
poteſtatē ſecādi prębēdas cōtra Turoñ.ſtatuta concilii, vt
dictū eſt in.c.maioribus,de præben.& per Federic.eo.xii.

quæſito ſuperius allegato, vbi dicit, ꝙ nunꝗ poteſt interue nire permutatio ſine diſpenſatione, aut papali, aut epiſco, pali. Et exinde poterit ratio aſsignari, quare penſio aliquan do cito reuertitur ad naturam ſuam. xxxv. di. c. ab exordio prima diſtin. ius naturale. xvi. q. iiii. c. fi. ff. de pact. l. ſi vnus §. quod in ſpecie. ¶ Nona ratio ſumitur a natura totius, & partis, quia eccleſia cum qua permutatur, dicit totum. pen ſio vero partem, vt nota. ex diffinitione pẽſionis, ſcilicet ꝙ eſt certa portio de menſa, vel beneficio, vt dictũ eſt. Nunc autem totius ad partem non eſt recta prædicatio, quia nõ prædicatur in recto, ſed in obliquo, vt dictũ eſt & ſic pars dicetur alterius ſpeciei, quia manus nõ eſt homo, ſed ho, minis. Et permutatio contrahitur, vt dicit Hoſtien. eo. §. contrahitur, quando certa ſpecies datur pro certa, vt dictũ eſt in ſeptima ratione. ¶ Et ſi dicatur, ꝙ qualitas partis eſt eiuſdem ſpeciei cum qualitate totius, ſ. eccleſiæ permuta, tę, quia eccleſia reddit centum, & penſio valet centum, er, go erit æqualitas ſpecierum quantum ad valorẽ. ¶ Reſpõ deo vt nota. Abb. ſicu. in ſecundo notabili. c. ad quæſtio,
25 nes, de re. permu. ꝙ talis contractus, quando ex vna † tan tum pecunia intercedit nõ poteſt dici permutatio, ſed do, vt des, ratione ſolius pecuniæ, quæ ex parte penſionis cõ ſtituitur, quæ alicuius totius tertia pars dicitur, vt patet in diffinitione penſionis, Maxime cũ pecunia acceſſoriæ nõ accedit, vt perueniatur ad rerum æqualitatem, vt not. in. c. ad quæſtiones eodem titu. ſecundum Ioan. an. facit. l. ſem per. §. in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. & in. l. ariſto. ff. de donat. ver. ad hæc, & in. l. i. ff. de cõtrahen. emp. ¶ Poſſet & aliter reſponderi, vt dictũ eſt, & per Fede. eo. xiiii. quæſi to, vbi ponit formam permutationis dicit, Sic fiet permu, tatio de ſpirituale ad ſpirituale. Et de eccleſiaſtico benefi, cio ad eccleſiaſticũ beneficiũ, & de tẽporali ad tẽporale tan tũ & non de tẽporali ad ſpirituale, nec de beneficio ad nõ beneficiũ. Et addit ꝙ de curato ad non curatum & ecõuer ſo poteſt fieri permutatio, ſed penſio eſt mera temporali, tas, ſcilicet tertia pars extracta de beneficio, vt dictum eſt ergo non poterit cum beneficio permutari, ſecundum Fe deri. ibi. ¶ Decima ratio ſumitur a natura inſtitutionis, & iſta eſt potiſsima ratio, quare non poſsit penſio cum be, neficio permutari, quia non habet inſtitutionem, ſed tan,

tum ille qui ſoluit habet inſtitutionem contra tertium neceſſarium, vt dictum eſt, etiam prima ratione, quia habet collationem beneficii, vt notauit Hoſti. in ſumma de inſti. §. primo, & habet inueſtiturã in corporalem poſſeſ-
26 ſionem, vel quaſi, ſiue traditionem quæ fit † per annulũ, vel per librum de ſenten. & re. iudi. cũ olim, de conceſ. præ ben. propoſuit: de his quæ fi. a ma. par. ca. ex ore. Et vt ibi dem dicit Hoſtiẽ. §. ii. Inſtitutio dicitur, quaſi intus ſtatio.
27 Et dicit ꝙ inſtitutio in hoc † differt ab inueſtitura, quia in ſtitui dicitur proprie præſentialiter inueſtiri in abſentia, quę in penſione non concurrunt. Ideo penſio conſtituitur per ſuperiorẽ, neq; remanet inſtitutio per ceſſum vel deceſſum. Ideo vacare non dicitur, ſed extinguitur illa, aliter ipſa vacante alteri cõferretur, vt not. in. c. ii. de conceſ. præ ben. quod non licet, quia eſt ad tempus, vt dictũ eſt & non perpetuo, vt patet in ipſius diffinitione. Et alia non creatur ſine diſpenſatione, & renouando diſpenſationem, de perſo na ad perſonam, vt dixi Fede. de ſen. e. xii. quæſito Et ſi pẽ ſio haberet inſtitutionem, ſequeretur iſtud inconueniens, ſcilicet ꝙ quis inſtitueretur in locum viuentis, quod nõ licet vt in. c. primo de conceſs. præben. vel ꝙ duo inſtituen tur ad vnum beneficiũ contra id quod dictum eſt, ꝙ vnitas diuiſionem non capit, c. ſciſma. xxiiii. q. i. xvi. q. vlt. cap. pie mentis, de iurepatro. c. i. & dixi in proœmio. ¶ Dicendum ergo ꝙ penſio licet conferatur in titulum, nullam ta men habet inſtitutionem, & ſic non habet inſtitutionem, conſequenter non poterit permutari per tertium neceſſarium. ¶ Vndecima ratio ſumitur a natura renũciationis, vt dictum eſt in tertio neceſſario, quia in permutatione
28 neceſſe eſt, ꝙ interueniat renũciatio, † quia aliter eccleſiæ
29 permutatę, non poſſunt vacare, quia permutatio † eſt beneficiorum vacantium collatio, vt notauit Federi. xxxiii. quęſi. Et talis renunciatio fiet apud illud a quo beneficia re cipiuntur de renuncia. c admonet. xviii. q. ii. habens, vt inde fiat iuris priuatio. Vnde datur, vt in auten. de defen. ciui. §. non habente, facit. c. i. de reg. iur. Et ſic tantum habentes titulum, & inſtitutionem, ſcilicet in re ad rem permutare poſſunt, quia poſſunt renunciare, vt notauit Fede. xiii. quæſito, ſed penſio proprie nõ eſt res, ſed vſuſfructus partis rei ad tempus, & non perpetuo, & conſequẽter per-

mutari non poteſt, quia non poteſt vacare, licet penſio de-
tur in titulum eo modo quo dicimus ꝙ manualia benefi-
cia permutari non poſſunt quia per renunciationem te-
nentur non dicuntur vacare vt nota. Fede. xvi. quæſito.
30 Secus † de præſtimoniis quæ dantur in titulum & poſſunt
renuntiari & poſſunt vacare quia ſunt perpetua vt ibidē
Fede. notauit in. xiiii. quæſito. ¶ Poſſet alia ratio aſsignari
31 ꝙ non poſsit proprie penſio vacare quia † in renuntiatio-
ne eccleſiæ duo remanent. ſ. titulus & inſtitutio. ſ. apud
prælatum, vt per uacationem eccleſia poſsit alteri con-
ferri in titulum & alius canonice in beneficio inſtitui ſed
per renunciationem penſionis nihil remanet non titulus
quia per renuntiationem extinguitur non inſtitutio quia
nullam habet vt nota. Io. an. in. c. q̄uis pleniſsime de præ
ben. li. vi. in nouella & ſic in penſione non cadit proprie
renuntiatio ex quo nihil remanet & conſequenter cum
eſſe non poterit beneficiorum permutatio. ¶ Poſſet etiam
hoc idem deduci. ut nota. Goff. de re. permu. §. i. ꝙ ille po-
teſt renunciare ad quem pertinet id quod renuntiatur
quia quilibet poteſt renuntiare rei ſuæ uel proprio iuri.
vii. q. i q̄ periculoſum de for. competen. capitulo ſi dili-
genti. de regul. ad apoſtolicam. C. de pact. lege ſiquis
in conſcribendo ſed penſio non dicit rem ſed uſum rei ad
tempus qui extrahitur de re. vt dictū eſt ſicut uſusfructus
a proprietate & conſequenter proprie iura renunciatiōis
non conueniunt penſioni in permutatione & ſic non po-
terit cum eccleſia permutari. ¶ Duodecima ratio ſumitur
ab utilitate & neceſsitate eccleſiæ vt dictum eſt in quinto
neceſſario quod nota. Fede. in tractatu. xviii. quæſito alle-
gat. c. unicum de re. permu. li. vi. & addit ꝙ tunc dicitur
32 fauorabilis † & non odioſa nec in ea fit ſtricta interpreta-
tio ut patet. d. c. unico li. vi. in. ii. iii. iiii. & vii. glo. in nouel
33 la & † etiam ibi dicit ſaluo ſtilo curiæ quod idem probat
do. Anto. in. c. quæſitum de re. permu. in. iii. quæſito in pe
titione permutationis ſic cū habeam talem eccleſiam quæ
meli⁹ cōgrueret alteri q̄ mihi ex cauſa infirmitatis nō poſ
ſum eſſe utilis tali eccleſiæ ſed talis eſſet utilior me & ego
utilius me haberem in ipſius eccleſię. Ideo ſupplico vt per
mutare placeat & refert ibi Io. an. ꝙ ſemper debet princi
piari permutatio a ſuperiore vt dictum eſt in primo neceſ

ſario hoc modo. Conſiderans ꝙ talis clericus vtilius ſe ha-
beret in tali eccleſia, & talis in tali pro eo, &c. Requiſi-
ui eundem, an conſentire vellet permutationi faciendæ.
Ideo talem de tali eccleſia transferrimus ad talem, & econ
uerſo talem ad talem, & dicit ꝙ per hoc excluditur om-
ne vitium ſymoniæ, allegat Specula. eodem titulo in ru-
brica. ¶ Sed quando in permutatione habetur reſpectus
ad vtilitatem perſonæ, vt de præben. cap. de multa. &. c.
ſuper inordinata, tunc dicit Federic. xxii. quæſito, ꝙ eſt
ſtricti iuris, quia ſingulariter prohibita cap. maioribus de
præben. & per Ioan. an. & archi. cap. vnico eodem tit. lib.
vi. quia non fit ſine diſpenſatione, vt dicit domi. Anto. d.
cap. quæſitum. Ideo non permittitur, niſi in caſibus epiſco
po conceſsis, & allegat Federic. eo. xxii. quæſito. Nunc au
tem ex penſione nulla vtilitas ſuccedit eccleſiæ, ſed potius
grauamen, nec neceſsitas, quia ſibi non expedit. Et cre-
do ꝙ quilibet penſionarius cupiat ſummo deſiderio pen-
ſionem extingui, & liberari ab ea, quia libertas eſt res in
extimabilis. ff. de reg. iur. l. libertas &. l. non eſt. § infinita.
¶ Supradictis obſtare videtur dictum abbatis ſicu. in. c. ad
quæſtiones de re. permu. primo notabili, vbi ſic dicit not.
ꝙ non ſolum poſſunt permutari beneficia, quæ poſsiden
tur in titulum, ſed etiam quę habentur iure proprietatis. c.
cum venerabilis de excep. Et addit, quod Hoſtien. dicit,
ꝙ quodcunque ius habeat quis in eccleſia, poteſt illud
cum alio iure permutari. Et dicit ꝙ eadem debet eſſe ra-
tio, de toto ad partem, quæ eſt de parte ad totum, vt in
capitulo paſtoralis, §. Item cum totum, de offic. dele-
lega. & in. l. quæ de toto. ff. de rei vendi. & addit, ꝙ ex
hoc poteſt ſumi vna concluſio generalis, ꝙ iura qualia-
cunque ſint in beneficio auctoritate ſuperioris, poſſunt
cum beneficio permutari. Ex quibus dictis ſequitur ꝙ ius
penſionis in beneficio, vel eccleſia ſuperioris auctoritate
poterit permutari. ¶ Item orietur alia quæſtio, quia qui
habet penſionem in titulum beneficii, certum eſt, ꝙ ta-
lem titulum habet eccleſia vnde extrahitur penſio, quia eſt
certa portio de menſa vel beneficio. Et alter qui ſoluit ha
bet inſtitutionem, & conſequenter titulum, & ſic in vna
eccleſia erunt duo tituli contra capitu. cum ignores, de
præbendis, cum vna eccleſia vnius eſſe debeat Sacerdo-

tis,quantum ad titulum. ¶ His obiectionſbus poteſt re‑ſponderi,ꝙ abb. loquitur de perpetuo titulo & non temporali vt dictum eſt,quia penſio ad tempus, & non perpetuo conſtituiur,ꝙ licet illi qui omnia poteſt,etiam de iure ſupra ius diſpenſare, & conſtituere in eodem beneficio duos titulos, vnum temporale, alium perpetuum, & ſic non ſecatur beneficium, & ſi vellet ſecare beneficium poſſet,quia nemo poteſt ſibi dicere, cur hæc facis,quia eſt ei pro ratione voluntas,maxime in legibus,& ſtatutis. Inſti.de vſucap. §. quod autem. ff. de conſti. princi. l.i.&.C. de furtis. l.ancillæ,& hoc non eſt contra ea,cum nō ignores,quia eſt reſpectu diuerſorū.Et ſic tollitur,ſecunda obiectio,de duplici titulo. ¶ Quantū ad iſta duo dubia notādū, ꝙ abb.intelligit de iure proprietatis ꝙ poteſt permutari,vt nota.dominus Anto.in ſummario.c.ad quęſtiones de re.permu.vbi ſic ſummat.c.ius proprietatis eccleſiæ, poteſt cum altera permutari,& pro minus valentibus pretiū ſuppleri. Nunc autem penſio nullam proprietatem dicit in eccleſia. Immo a proprietate eccleſiæ eſt pœnitus aliena, quia penſio dicitur vſusfructus a proprietate extractus. Ideo talis mutatio non cadit ſub contractu permutationis,ſed potius do,vt des, vel dicetur certa tranſlatio, ſi fiat auctoritate ſuperioris, & penſio ſemel extincta renouabitur, vt dictum eſt. ¶ Item penſio non eſt eiuſdem qualitatis cum beneficio, vt dicit Abbas in capitu. quæſitum in fine de re.permuta. ex intentione Innocen. & Hoſt. & Io.de Ligna. & conſequenter non poterit,cū beneficio permutari, ſicut ſi minora beneficia cum maioribus permutantur,non dicetur permutatio,ſed tranſlatio. Et ſic abſoluitur ſeptimum quæſitum, ꝙ penſio nullo pacto poteſt cum beneficio permutari,ex ſupradictis rationibus allegatis.

¶ Caput Octauum.

1 Penſio an poſsit gratis donari vel remitti.
2 Donatio quid ſit.
3 Donari non poteſt res ſacra.
4 Fructus beneficiorum quomodo donari poſsint.
5 Epiſcopus dat beneficia non donat.

Donationum

6 Donationum variæ ſpecies.
7 Mendicitas reprobatur a canonibus.
8 Liberalitas vt commendetur quæ habere debet.
9 Donatio quomodo poſsit reuocari,& quibus de cauſis.
10 Obligatio Antidora qualiter exponitur.
11 Donatio an perficiatur nudo conſenſu donātis,vel requiratur conſenſus vtriuſq;.
12 Papa poteſt abſoluere excommunicatum abſq; verbis.
13 Sacramenta voluntatis ſunt ordo & matrimonium.
14 Coactio duplex conditionalis & abſoluta.
15 Abſolutio quare potius ſic dicatur q̃ ſolutio.
16 Verbum ſoluo quot habeat ſignificatus.
17 Suſpenſio quomodo tollatur.
18 Interdictum & ceſſatio a diuinis differunt & in quibus.
10 Cēſuræ eccleſiaſticæ appellatione quæ veniāt,& nu. 19.
21 Cenſuræ eccleſiaſticæ neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ dicuntur.
22 Penſio eccleſiaſtica hyrcus ſacrificii appellatur.
23 Infamia ciuilis non irrogatur per cenſuras eccleſiaſticas.
24 Remiſsio & donatio differunt.
25 Relaxo verbum quot modis accipiatur.
26 Sententia excommunicationis quando eſt nulla fit relaxatio quando tenet fit abſolutio ad cautelam, quando vero eſt dubia datur abſolutio etiam inuita parte.
27 Epiſcopus an poſsit petere relaxationē epiſcopatus propter ſenectutem,&c.
28 Procurator an ſicut conſtituitur ad cedendum penſioni, ita conſtituatur ad petendum abſolutionē cenſurarū.
29 Abſolui an poſsit quis per procuratorem, & quæ requirantur.
30 Abſolui poteſt quis in caſu neceſsitatis etiam ꝙ non veniat ad ſedē Apoſtolicā,& quæ dicatur talis neceſsitas.
31 Forma abſolutionis perſonalis vel per procuratorem remiſsiue.

1 QVantum Ad octauū,& vltimū quæſitū ſcilicet an † penſio poſſit gratis donari vel remitti, & videtur ꝙ ſic,quia quilibet iuri ſuo renunciare poteſt. vii.q.i.q̃ periculoſum.C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo de foro cōpe.ſi dili-

genti. de regul. ad apoſtolicam. Sed in veritate diſtinguẽ dum eſt in hac materia & primo de penſione eccleſiaſtica uel profana quia de profana dubium non eſt quando poſ ſit donari quia donare poteſt dominus rei vt dicit Ho. de dona. §. quis poſſit donare. ff. de regu. iur. l. cuius eſt do nandi & donari poteſt quicquid in dominium alterius trã ſire poteſt. ff. de donat. l. in ædibus. §. ultimo & Ho. e. §.
a & quicquid & ſibi competit donationis diffinitio †. ſ. ꝙ eſt rei licitæ nullo iure cogente mera liberalitatis facta colla tio. ff. de dona. l. i. §. donari. ff. de re. iur. l. donari Ho. e. §. ii. & penſio profana poteſt gratis in alterum transferri & erit doni datio a græcis tracta. ff. de donati. cauſa mortis. l. ſenatus. §. i. & per Hoſt. de donati. §. tertio & maxi me poterit donari eccleſiæ a qua recipitur & remitti aut pauperibus uel amicis quia in donationibus ad pias cau ſas optima menſura eſt immenſitas in auten. de non aliẽ. aut permutan. §. ſi minus col. ii. ¶ Sed de penſione eccleſiaſtica forte eſſet hęſitandũ maxime de penſione quę confertur in titulum cum videatur eſſe beneficium vt in præcedenti quæſito deductum eſt quæ res ſacra dicitur &
b donari non poteſt † vt nota. Ho. e. in ſumma. §. & quid quia donari debet res cuius comertium haberi poteſt vt ibi dicit & penſio per penſionarium q̃uis liberalitatis ta men licite in alterum conferri non poteſt contra diffinitio nem donationis vt dictum eſt ideo opus eſt diſtinguere de penſione eccleſiaſtica & de donare primo ſecundo de extinguere remittere tollere & relaxare. ¶ Primo eccleſia ſtica penſio multipliciter conſiderari poteſt. ſ. quantum ad annuos redditus ꝙ ſi per penſionarium fuerint lucrati pro prii dicuntur & in dominium tranſeunt & donari poſſunt ff. de donati. l. in ædibus. §. vltimo & talis non dicitur res aliena ſed propria nec res ſacra quia eius comertium haberi poteſt ideo poteſt donari inſti. de inutil. ſtip. §. ſ. & .ii. i. reſpon. nec proprie dicitur res eccleſiaſtica ſed de pendens quia uſusfructus dicitur vt dictum eſt & portio de menſa vel beneficio vt colligitur ex eius diffinitione & conſequenter poteſt donari vel remitti. ¶ Alio modo pen ſio conſiderari poteſt pro eo quod dicit titulum eccleſiaſti cum & rem ſacram. ſ. eccleſiam. lxx. diſtin. ſanctorum & quot modis accipitur titulus gloſa plene de elec. dudum

ii. archi. l. diſtin. ſiquis diaconus.xxi. quæſt. prima clericus & ſic penſio collata in titulum donari non poteſt. ¶Q đ autem penſio quæ confertur in titulum proprie donari non poſsit multis rationibus probatur. ¶ Prima ratio ſumitur a natura dominii quia proprie donare poteſt dominus rei.ff. de reg. iur.l. cui ius eſt donandi. §.i. non autem penſionarius & quilibet intitulatus non eſt ꝑ titulum dominus eccleſiæ ſed paſtor & cuſtos & tenetur de cuſtodia & de culpa.ff. loca.l. qui mercedem glo. in .c. q̄uis de reg. iur. & in cle.i. de deci. facit etiam quia eccleſiæ facultates non ſunt proprie ſed communes.xvi.q.i.c. finali & habent prælati per titulum illarum rerum procuratorem & non dominium.xxiii.q.vii.c. ꝙ autem .xii.q.i. expedit &.xii.q.ii.c. multi in fi. bene tamen poſſunt prælati vt dicit Ho. in ſumma de donatis. §.& quid ver. conſuetudo ꝙ donare poteſt prælatus ſi ſit ſanus & ſui compos pecuniā equos † fructus & res ſe mouentes & mobiles ꝑ libito voluntatis ſed ſi nimis excederent poſſent reprehendi ſed committendum eſt arbitrio boni uiri de donati. capitu. apoſtolicæ & .c. cæterum & .c. fraternitatem. ¶Secunda ratio ſumitur a natura diffinitionis donationis vbi dicitur ꝙ eſt rei licitę nullo iure cogente mera liberaliter facta collatio hinc eſt ꝙ per intitulatos penſio conferri non poteſt propter defectum iuriſdictionis quia donatio eſt actus pertinens ad ordinariam iuriſdictionem vt eſt glo. nota. in auc. de defen. ciui. §. nulla neq; per ordinarium quia beneficiorum collatio non eſt donatio de inſti. cum veniſſent de conſti. cum acceſsiſſent de reſcrip. eam te de præben. relatum vbi dicit Abb. ſic. in penul. notabili ꝙ prælatus licet in conferrendo beneficium iſti vel illi vti liberalitate dicatur quia conferre tenetur non tamen iſti ſed in ſe non eſt proprie liberalitas vt eſt tex. in .c. fi. de offi. vica. qui appellat collationem donationē non ē tamen vera donatio ſeu ſimpliciter & ideo dicit glo. xxiii. q.vi. §.fi. ꝙ epiſcopus dicitur dare † præbendam non autē donare nam proprie donatio eſt qñ nulla neceſsitas vrget ad donandum ſed ſola liberalitas. l.i.ff. de dona. hæc autē eſt neceſsitas in cōferrēdo licet nō reſpectu ꝑſonæ & hoc ē qđ dicit Ho. de dona. §. ii. ꝙ ꝓlati im ꝓprie dicunt̄ donare bñficia cum neceſſe habeāt hoc facere de cōceſ. ꝓ prēb.

cap.li.& dicit ꝙ tales de euic.tenentur ,ſm Goff. & addit,
ꝙ neceſſe habent donare non tamen magis iſti q̄ illi,dum
tamen vterꝗ idoneus ſit,& in hoc ꝙ alterum eligit dicitur
liberalis de præben,relatum.¶ Tertia ratio ſumitur a na
6 tura ſpecierum,quia donationis † duæ ſunt ſpecies,vt no-
tauit Hoſtien.in ſumma,eo.§.quot eius ſpecies ſcilicet in
ter viuos & cauſa mortis,inſti,eo,in prin.Et primo penſio
donari non poteſt inter viuos.Non a penſionario,quia nō
habet ius cōferrendi, quia vt dictum eſt in ſecūda ratione,
quia donatio eſt actus pertinens ad voluntariam iuriſdi-
ctionem,quæ iuriſdictio in penſionario non eſt,nec a ſu-
periore,quia in donatione requiritur renunciatio,per quā
penſio extinguitur , vt dictū eſt,& creabitur alia,quia pri-
ma erat ad tempus & non perpetuo. ¶ Item donationum
inter viuos, alia eſt ob cauſam,vt aliqd fiat vel non fiat.C.
de condi.ob cau.ff.de condi.cauſa data per totum.alia ſim
plex,& harū altera perfecta & pura. alia imperfecta & cō
ditionalis,vel ſub modo.ff.de dona.l.i.&.ii.&.C.de dona.
quæ ſub modo vel condi. l.i.ii.&.iii.Nunc in beneficiali-
bus.hi modi & pactiones ſymoniam inducunt.c.cum pri
dem,&.c.pactiones.de pactis.Item penſio donari non po
teſt cauſa mortis, quia per mortem extinguitur , quia eſt
ad tempus,& non perpetuo ſeparata . Et ſic nullomodo
poterit donari,quia nec inter uiuos,nec cauſa mortis po-
terit bene per papam poſt mortem penſionarii alteri reſer
uari,ſed non ſolet fieri. ¶ Quarta ratio ſumitur a natura
tituli,quia ſi penſio ſit collata in titulum,vt ſeruiat eccleſię
& non habeat aliunde,conſequenter renunciando titulo,
7 egebit & mendicabit,quod non licet clerico,quia † repro
batur mendicitas.de reli.do.c.i.libro.vi. de renun.ad ſup-
plicationem,in glo.ii.xciii.di.i.diaconi de præben.cum ſe
cundum , & conſequenter non dicetur liberalis, ſecundū
diffinitionem donationis,ſed prodigus contra dictū Am-
broſii.de offic.& not. lxxxvi.diſtinct.c. non ſatis eſt bene-
8 facere niſi id ex bono fonte profiſciſcatur,quia † perfecta
liberalitas fide & cauſa loco tempore cōmendatur vt præ-
mium operetur circa domeſticos fidei.Et agris tuis ſitien-
tibus alii rigandi non ſunt.C.de ſerui.& aqua.l.præſes, &
perfecta caritas incipit a ſe ipſa.de ſupp.ne prælа.c.i.li.vi.
xlii.di.quieſcamus de pœ.diſt.ii. in patria de vſu pallii.c.

